This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

Digitized by Google

EK GENT
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA VIA DOCENDI GRÆCA.

Digitized by Google

Digitized by Google

NOVA VIA DOCENDI GRÆCA,

In Quâ

Tribus Declinationibus, & Duabus Conjugationibus breviter omnis Flexio: Facili item, & accuratâ ratione omnis Litterarum, Syllabarum, Quantitatum, Accentuum, Licentiæ Poëticæ, nec non Conſtruendi, & Inveſtigandi ratio ſic traditur & explicatur, ut intra tempus breviſſimum ſolida Græci ſtudii ſundamenta jaci queant.

PRÆCEPTIS MAXIME NECESSARIIS (quæ, quantum fieri potuit, concepta ſunt verbis CLENARDI VOSSIANI) ſubjectæ Annotationes multæ perutiles.

IN USUM

Eorum, qui una cum Latinis Græcas litteras & diſcere, & docere cupiunt diligentius ac commodius quam olim. edidit & accuravit omnia

JOANNES VERWEY,

Gymnaſiarcha Gaudanus.

Intexta paſſim opere, Methodus Doctor. Pariſ. & Welleri.

Accedunt

I. Paradigmata omnia Rudimentorum, Tabulis accuratiſſimis expreſſa.
II. Colloquia vetera Scholaſtica, Graeca Latina, emendatius edita, & notis illuſtrata.
III. Lectiones Atticae, Ionicae, Doricae, Poëticae.

De quibus omnibus Praefatio.

Τὰ κοινὰ καινῶς.

Additus quoque

Index vocum Græcarum.

Operâ R. KETELII Scholæ Gaud. ConRect.

GAUDÆ

Sumtibus Suis exſcripſit JUSTUS vander HOEVE.

cIↃ IↃCC II.

CUM PRIVILEGIO.

Digitized by Google

EXTRACT

Van de

PRIVILEGIE.

DE STATEN van HOLLAND ende WEST-VRIESLAND doen te weten. Alſo Ons vertoont is by *Juſtus vander Hoeve* Boeckdrucker binnen de Stad Gouda, dat Joannes Verwey eertijts Rector der Triviale Schoole tot Gouda, ende naderhand in 's Gravenhage op den 30. January des Jaars 1683. gunſtelijk van ons had geobtineert een Privilegie ofte Octroy voor vijftien achter een volgende Jaaren om ſeeker Boeck, geintitulеert *Joannis Verwey, Gymnaſiarcha Gaudani. Nova via docendi Græca, in qua tribus declinationibus & duabus conjugationibus omnis flexio, facili item & accurata ratione omnis litterarum, ſyllabarum, conſtructionis, inveſtigationis, quantitatum, accentuum & licentia poëtica ratio tironibus traditur & explicatur, una cum inſigni acceſſione annotationum in uſum eorum, qui feliciter Græce & diſcere & docere cupiunt,* Alleen te mogen drucken, ende alſo den Suppliant 't voorſchreeve regt naa 't overlyden van den voornoemde Johannes Verwey van deſſelfs Weduwe op den 16. November 1692. met den eygendom der Copye ende Privilegie aan ſig hadt gekoft, ende vermits 't voorſchreeve ons Privilegie jegenwoordig geexpireert was, ſoo keert hy Suppl. ſig tot ons ootmoediglijck biddende, dat het ons goede gelieſte mogte ſijn hem Suppl. te vergunnen verlenging van 't voorſchreve Privilegie voor den tijd van nog vijftien agter een volgende Jaren, waar by aan hem Suppl. ſijne erven ofte actie verkrygende geconſenteert ende geoctroyeert wierden omme 't ſelve boek hier in onſen Lande alleen te mogen drucken, doen drucken, ende verkoopen met ſpeciaal verbodt, dat niemandt (wie 't ook ſoude mogen ſijn) 't ſelve Boeck gedurende den ſelven tijt in 't geheel ofte ten deele op eenigerhande manieren in 't groot ofte kleyn ſoude mogen naadrucken, doen naadrucken, verhandelen ofte verkoopen, ofte elders naagedrukt in te voeren, te verkopen, te verruylen, ofte anderſins te beneficeren, op ſeekere groote poenen by de Overtreders te verbeuren. SOO IST dat wy de ſaake ende 't verſoeck voorſchreven overgemerkt hebbende, ende genegen weſende ter beede van den Suppliant uyt onſe Rechte wetenſchap, Souveraine magt; ende authoriteyt den ſelven Suppl. ſijne erven ofte actie verkrygende geconſenteert, geaccordeert ende geoctroyeert hebben, Conſenteeren, Accorderen, ende Octrojeren mits deeſen, dat hy by Continuatie geduyrende den tijdt van vijftien agter een volgende Jaaren het voorſchreve Boeck genaamt, *Joannis Verwey, Gymnaſiarcha Gaudani. Nova via docendi Græca, in qua tribus Declin. & duabus Coniugationibus, omnis flexio, facili item & accurata ratione omnis litterarum, ſyllab, conſtructionis, inveſtigationis, quantitatum, accentuum, & licentia*

centia poëtica ratio, tyronibus traditur & explicatur una cum inſigni acceſſione annot. in uſum eorum, qui feliciter Græce & diſcere & docere Cupiunt; binnen voorſchreeven onſen Lande alleen ſal moogen drucken, doen drucken, uytgeven ende verkoopen. Verbiedende daarom allen ende eenen ygelijken het ſelve Boek in het geheel ofte ten dele, naar te drucken, ofte elders naar gedrukt binnen den ſelven Onſen Lande te brengen, uyt te geven ofte te verkopen, op verbeurte van alle de naargedrukte, in gebragte, ofte verkofte Exemplaaren, ende een boete van drie hondert guldens daarenboven te verbeuren, te appliceeren een derde part voor den Officier die de calange doen ſal, een derde part voor den armen der plaatſe daar het caſus voorvallen ſal, ende het reſterende derde part voor den Suppliant. alles in dien verſtande, dat Wy den Suppliant met deſen Onſen Octroye alleen willende gratificeeren tot verhoedinge van ſijne Schaade, door het nadrucken van het voorſchreve Boeck, daar door in geenigen deele verſtaan, den inhouden van dien te authoriſeeren ofte te advoueren, ende veel min het ſelve onder Onſe Protectie ende beſcherminge eenig meerder credit, aanſien ofte Reputatie te geven, Nemaar den Suppliant in Cas daar inne yets onbehoorlijkx ſoude influeren, alle het ſelve tot ſijnen laſte ſal gehouden weeſen te verantwoorden, tot dien eynde wel expreſſelijck begeerende, dat hy aldien hy deſen Onſen Octroye voor het ſelve Boeck ſal willen ſtellen, daar van geene geabbrevieerde of gecontraheerde mentie ſal mogen maken, Nemaar gehouden ſal weeſen, het ſelve Octroy in 't geheel ende ſonder eenige omiſſie daar voor te drucken ofte doen drucken, ende dat hy gehouden ſal zijn, een Exemplaar van het voorſchreve Boeck gebonden ende wel geconditioneert te brengen in de Bibliotheecq van Onſe Univerſiteyt tot Leyden, ende daar van behoorlijck te doen blijcken, alles op Poene van het effect van dien te verlieſen; Ende ten eynde den ſuppliant deſen Onſen conſente ende Octroye moge genieten als naar behooren. Laſten Wy allen ende eenen ygelijcken die 't aangaan magh, dat ſy den Suppliant van den Inhoude van deſen, doen ende laten gedogen, ruſtelijck, vredelijck ende volkomentlijck genieten ende gebruycken ceſſerende alle beleth ter contrarie. Gedaan in den Hage onder Onſen grooten Zegele hier aangehangen op den xxix. November in 't Jaar Ons Heeren ende Zalighmakers duyſent ſeshondert acht en tnegentigh.

A. Heynſius.

Ter Ordonnantie van de Staten

Simon van Beaumont.

PERILLUSTRI, EXCELLENTI, ET MAGNIFICO

VIRO,

AB ULTIMA INDE STIRPIS GENEROSISSIMÆ ORIGINE PLVRIMORVM SÆCVLORVM NOMINIBVS AC STEMMATIS NOBILISSIMO,

HIERONYMO A BEVERNINCK,

THEILINGÆ TOPARCHÆ STRENUISSIMO, REIPUBLICÆ GAUDANÆ SENATORI AMPLISSIMO, CONSULARIS ATQUE OMNIS ADEO DIGNITATIS ASTRO SPLENDIDISSIMO, LYCEI LUGDUNENSIS BATAVORUM CURATORI, TOTIUS BELGICÆ FOEDERATÆ GAZIS QUONDAM PRÆPOSITO, AD SUPREMUM ITEM ORDINUM GENERALIUM CONCILIUM DELEGATO, VARIISQUE PRO SALUTE PATRIÆ ET PACE LEGATIONIBUS MIRA PRUDENTIA ET INDUSTRIA FELICITER OBITIS, INDIESQUE OBEUNDIS, DOMI FORIS CONSPICUO, NUNC ET AD POSTEROS GENTIUM AC NATIONUM LINGVIS ET LITTERIS CELEBRANDO, MÆCENATI SVMMO, DE SE, STVDIIS, FORTVNISQVE SVIS OMNI BONO MERITO ET MERENTI, VT SOLIDAM SALVTEM SVPPLEX AB IMMORTALI NVMINE PRECATVR, ITA SE SVAQUE OMNIA VENERABUNDVS DEFERT

CLIENS HVMILLIMVS

JOANNES VERWEY.

Quod

DEDICATIO.

Quod ampliſſimis illis pro meritis Tuis, Vir Illuſtriſſime & Generoſiſſime, quibus jam plures annos ita ſum obſtrictus Amplitudini Tuæ, ut nomen Tuum per omnem vitam mihi & carius ſit, & antiquius eſſe debeat quam omnes res meæ, quorumque ego meritorum parti vel minimæ non ſufficio prædicandæ, nedum penſandæ (id quod Dei ſolius eſt) ſpiſſius ad Te venit hæc Gratiarum Actio: non unam habeo rationem exputare. Partim magnitudine dignationis Tuæ, & voluntatis in me prolixiſſimæ, ad ſilentium redactus, non ingratus conticui publice ſcribens, ſed oppreſſus mole beneficii, quod nemini obſcurum eſſe poterat. Partim ab ipſo mei muneris orſu, vel potius ab ipſis auſpiciis Tui favoris incredibilis, quo hominem non niſi paucis notum ex tenebris in hanc lucem qualemcumque extraxiſti, & apud ſummos in rep. viros, quibus animam debeo (licet enim profiteri ſtudio omnium incolumi) ſolus in gratia poſuiſti; ſic animum induxeram, quandoquidem Tua fortuna remunerandi vicem reſpuebat, nec mea facultatem ſuggerebat, ut copioſius ſentiendo quam loquendo, tametſi vox faucibus nuſquam hæſit, memorem voluntatem præſtare cogitarem. Hæc voluntas, quamquam non dicam æquare, ſed enarrare numquam poteſt Tuæ naturæ vel liberalitatem vel magnanimitatem, ut indicia ſui ſpargeret, ubi locum reperire potis fuit opportuniorem, quam in provinciâ illâ

bona fide adminiſtrandâ, in quam Te non aſpernante operam noſtram, nullo ambitu & prenſatione noſtra, profectus eram juſſu & benignitate Procerum noſtrorum? Sed in hac Sparta ornanda cum ſedulitas noſtra ſibi conſtare debuit, tum longâ die, quæ teſtata nondum ſatis erant, prodere. Ut poma ſerotina longas vincunt hiemes, præcocia in cadivis cito putridiſque numerantur; ita nec omnis celeritas ſtatim eſt probanda, præſertim quæ bene collocare captabas, ocius male poſita apud immerentem arguens, nec omnis tarditas protinus culpanda, modo illam meditetur εὐχαριστίαν, quam optet nulla oblivione conteri, ſed cum ipſa mora & diuturnitate temporis committi: hæc enim facit nonnumquam, ut igniculi mentis ingenuæ eo fortius, dummodo quid valeant, erumpere ſe nitantur, quo diutius concluſi fuere interioribus animi receſſibus. Qui de Phyſicis exponunt, docent à mari in abdita terræ montiumque non modo longos pertinere meatus, quibus & rigidior ſalſugo, ſcabritie arenarum impedita, retinetur, & latex liquidior à retinaculis ſuis evolutus percolatur ut dulceſcat: ſed & longinquo temporum intervallo capita rivorum aperiri. Scilicet valde tenues ire ingenii noſtri rivulos: quos ut leniter fluentes, dum ſapientia Tua divina his reip. temporibus ſubvenire laborat, inter ſacras illas occupationes Tuas ſtrictim & benigno vultu reſpicias precibus te quæſo curatiſſimis, Vir Illuſtris & Magnifice. Quamvis enim tanti momenti non eſt hoc opuſculum, ut nomen Tuum Excellentiſſimum, quod Exteri, Tui-

ri, Tuique Cives ut ipſius virtutis conſecrant, illi præſcribi debeat: tamen inter obſequiorum ſincera certamina, meæ quoque obſervantiæ, vel potius, ne inertiam merito accuſes ignavæ ſignificationis, pietatis argumentum exſtare par fuit. De Alexandro tradunt veteres memoriæ, ex toto terræ orbe paſſim ad eum confluxiſſe, quoſcumque inſignis aliqua peritia, & ad inveniendas res novas mira ſagacitas ſupra ceteros nobilitaſſet, eique vel ingenii partus præclaros vel opera quædam incognita obtuliſſe. Sic regni faſtigium, quot armorum virtute terribile reddiderat, amabile prçſtitit comitate minime vulgari, inviſitata in multis Palatiis humanitate, & propenſiſſima in res dignas voluntate. Iiſdem virtutibus vere regiis, affabilitate amabiliſſima, gravitate omnibus jucundiſſima, & benignitate indolis incomparabili cum ceteris præſtes: non mirum eſt, ſi in atria Tua confluant tot gratulationes, & doctorum hominum labores, ęternitatem non daturi, ſed accepturi. Noſtra licet opella immortalitatem ſibi promittere necpoſſit nec debeat: tamen beneficiorum, quibus à Te cumulati ſumus, conſcientia aſſiduo nos urget convicio, ut ad pulvinar tuum tabellam hanc votivam appendamus, tuo ſplendore, ſi pateris, non noſtro illuſtrandam. Res eſt Grammatici ſubſellii: ſed in eo foro etiam Plato, & quidem primus Laërtio teſte, etiam Varrones & Cæſares, Auguſtini & Baſilii, reip. & eccleſiæ tibicines, curam & cogitationes fixas locarunt. Alii hortabantur, ut illud tempus exſpectarem, quo poſſet Tibi à nobis rutilans juvencus cadere, aut focis Tuis

tura dari plena acerra: Sed quia partim illæ facultates mihi nondum ſunt in mundo, partim nullæ futuri temporis certæ ſunt aut liquidæ rationes, dementiæ putabam eſſe, primo ſummoque Patrono, dum his annis viget & dignitate floret, non ſic obnoxium eſſe velle, ut in fidem ſuam accipere haut gravetur eum, qui, precum & anteactæ vitæ innocentia fretus, glebulas vel micas aliquot tuſculi in hanc aram, auguſtum candidæ ſimplicitatis aſylum, imis digitis injicere non dubitavit. Cujus virtutes non modo Batavorum & Belgarum reſp. ſed principes ac populi aliarum regionum & regnorum admirantur, non ego hunc colerem, non beneficentiam hujus laudibus proſequerer, non aliqua, vel minima, ejus clientelæ pars eſſe deſiderarem? Si materiæ non ſuccumberem; ſi os illud diſertum & eloquens, quo cauſſas, Beverninki Nobiliſſime, ſeptem ſociarum civitatium peroraſti ſæpiſſime, mihi datum eſſet à natura (quo ſumus omnes indigniſſimi hoc loco ſiti tam humili) jam campus pateret libandi uberem ſegetem laudum Tuarum. Recenſerem antiquiſſimi generis imagines: deſcriberem copioſe auctoritatis & prudentiæ vim inexhauſtam, tui propriam, qua inclinatam reip. fortunam aut excitaſti, aut integris viribus pro priſca libertatis gloria lacertos ſine ullâ offenſione moventem ſæpius amplificaſti: meminiſſem potentiæ & gratiæ ſaluberrimæ, qua Concordiæ & Honoris templa in Tua Civitate condidiſti, fundaſti, ornaſti: quid quod cælo tollerem illam felicitatis facundiam, qua ante paucos annos Neomago miſſus ad Regem potentiſſimum Γ-

ΠΕΡ

ΠΕΡ ΤΗΣ ΕΙΡΗΝΗΣ ΠΡΕΣΒΥΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ, Demoſthene viro apud Athenienſes principe major & fortunatior, non Philippi alicujus, ſed Alexandri gladium à cervicibus & jugulo Belgarum depuliſti, anhelanti ipſorum inopia & miſeriis recreatis, otioque Europæ in auras quaſi ſuperas revocato. Niſi aut dies me deficeret, aut ea cura me vehementiſſime ſollicitaret, ne de illo ſplendore, qui tamen imminui nequaquam poteſt, cum quotidie lux illa clarius ſeſe in oculos omnium radiis coruſcantibus ingerat, aliquid ingenioli mei parvitate detererem. reliquum vitæ Tuæ, ampliſſimis pro patria & honoribus & laboribus perfunctæ, præconium adornarem: ſed hæc omnia, ſi Deus approbarit, quamvis inſtar profundę grandinis Ulixeum ſemper in me deſiderabitur, tunc attingam & ediſſeram, quando forte aliquanto propior ero Pyliorum ſeni, nemo enim poteſt eſſe proximus, aut verba cum ſenſibus denſius glomerare didicero. Nunc voluiſſe ſat eſt: id quod Diis ſæpe gratius accidiſſe gentium ferunt Theologi, quam inter anathemata Crœſi conſpexiſſe tripodas. Prætermiſſis igitur illis, quæ ad præſtantiam Proceris pertinent, cum Batavia Te Cive ſuperbire malit, quam Muſę Hercule, Roma Scipione & Menenio, Athenæ Themiſtocle & Ariſtide: unum tantum Te exoratum eo, ut æquo feras animo privata laude cenſeri, novamq; audire rationem, cur artem meam Græcam Tibi potiſſimum velim eſſe ſacram. Lacones hodie vivunt perplurimi: Romani pauciores, quam olim: Atticum hominem dixeris raram avem in terris. Si Braſidam, de quo Thucy-

 dides

dides olim Tibi narravit, intuebere: facile recordaberis, Lacedæmonios, ſolis corporis exercitiis armiſque captos, in tantum à cultu litterarum abhorruiſſe, ut medicos, vates, alios eruditos, cum vel in morbos impliciti, vel porcum Laribus immolare neceſſe habentes, vel aliqua publica calamitate adfecti, doctrinarum ope indigerent, nequicquam apud illos quærere quivis inſtituiſſet. Pari modo multi peregrinorum interpretum, quos antiquis fere Latinis lectitare pudori erat, fiducia tumidi ſat beatos eſſe ſibi perſuaſiſſimum habent, ſi Græca non legant, ſed mendicantium ritu, qui cæcos quo voluerit ducat, ducem ſibi parent. Confertæ barbarorum catervæ, quas Magiſtratus prudentiſſimi ſuis finibus arcuêre, ſublatis ad Jovem conviciis clamant, ut intra cæli orbes Ptolemaicos recondere, aut novorum Philoſophorum vorticibus abſorbere velit illam Platonis ſapientiſſimi linguam politiſſimam, qua Jupiter olim in terras delapſus loqui geſtiebat: Muſas expugnare conantur, ut liceat ſibi apes Atticorum Hymettias, ſuo fumo enectas, exſtinguere, nec illis amplius ore Xenophontis mella fundere. Hæc ipſis acerba ſcilicet, inſuavia, infructuoſa, inſalubria. Cachinnos mihi tollere videntur, audientes Homerum manibus ſtudioſorum excuſſum. Sed væ nobis Magiſtris! Si reviviſcat Alcibiades, quam prægnantes nobis ludum ingreſſus pugnos ducat, nullam ad manum habentibus rhapſodiam? quam implacabiliter, Scholis Homericis Chriſti populo clauſis à Juliano, redivivi veteres Chriſtiani ſuccenſeant, nullos in Gymnaſiis Apollinarios invenientes?

entes?

entes? Quam pulchre autem illis veteribus ſanctas conſtiterit, nemo ſollertius & perſpicacius arbitrari poterit, quam Tu Muſarum columen ſanctiſſimum, cujus pectus eſt ſapientiæ omnis ſacrarium venerabiliſſimum: ita ut humanitatis & eruditionis antiſtites non paucos multis, ut ita dicam, paraſangis poſt te relinquas. Videras jam adoleſcens neminem paullò humaniorem in Latio fuiſſe, quin omnes doctrinæ copias Romam Athenis invectas comportaſſet: videras non tantum Achivos Achivis, Ulixi Alcinoum, Achilli Chironem, Hectori Polydamantem, ſed & Graios præceptores Latinis hominibus ad remp profuiſſe, Lucullo Antiochum Aſcalonitam, Mæcenati Arium, Ciceroni Apollonium, Auguſto ipſi Athenodorum. Cum tantorum virorum exemplo mentem alta cogitantem componeres: impulit te Deus ille in hac mente, ut fecundiſſimo flumine, quo poſſes omnes ſublimiores capere diſciplinas, cum aliarum litterarum, tum Romanæ & Græcæ linguæ pariter pectus impleres. Quod autem præter cetera demiror in viro à publicis negotiis ſemper diſtrictiſſimo, ſacras divini Codicis Tabulas non tantum ſine interprete Græcas evolvis quotidie, ſed & patres hiſtoriarum Græcos & Poëtas cognitos habes & exploratos. Ea propter licet veterum illorum ſcriptorum arcana hoc ſcripto non enucleem, nec urbes & regna Spartæ, Epiri, Mycenarum, Macedoniæ ſub oculorum ſenſu ſubjiciam: dum ratem duntaxat exilem architector, breviore, &, ut ſpero, Te Auſpice, minus periculoſo quam olim freti ſpatio Hellada verſus curſuram, nullius potius judicium experiri debui, quam Tuum: nullius

nullius opem, fidem, auxilium tutius implorare potui, quam Illius, quem hac voce Tantæ Amplitudinis, reverentiſſima enixum in modum rogo, ut fœtum hunc noſtrum fovere, nos & noſtra, ſi forte in oculos incurramus invidorum aut voculas malevolorum, patrocinio ſuo tueri non dedignetur. Tuam gratiam, Vir Illuſtriſſime & Generoſiſſime, quæ animis obſequentiſſimis, nulla re magis quam φιλοτιμίας amore ſtimulari adſuetis, alacritatem in perpetuum addat, pluris facio, quam alii trabeam palmatamque veſtem. Tametſi numquam Tuorum meritorum partem ullam aſſequi potero, ſi vel vitam pro Tua dignitate profundam; id tamen unice pugnavi ſemper, & pugnabo acrius, ne nullas Tibi aſſiduæ venerationis noſtræ devotioniſque teſtificationes; aut Gaudanis, populo florentiſſimo, induſtriæ & fidelitatis argumenta indubitata palam proferam & relinquam. Nulli profecto rei, nulli labori, publice, privatim parcimus, ut vides, aut parcemus, ſi quid augurari licebit, quod inſerviat commodis ſcholaſticis, aut diſciplinis inter has pomœrii noſtri anguſtias, quà poſſumus, amplificandis. Quod ſupereſt, tamquam Sinæta, cùm ad Mnemonem accederet, Regi Regum acclamavit, ΔΙ ΑΙΩΝΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΟΙΣ: item nos Regi T. O. M. qui ſolus potens, immortalis & adorandus, ad genua advoluti ſupplicabimus, ut volens propitius multos inſuper det volvi Tibi in poſterum ætatis circulos, optimo publico, cæli vultu arridente: ac tandem votorum ſaturum, plenum Spiritu Salutifero in aſtra tollat, in æterna regna.

Dabam Gaudæ in Schola artium liberalium.
X. Kal. Maias, cIↃ IↃC LXXXIV.

Ei

Εἰς τὴν τοῦ

Πολυμαθεστάτου Ἀνδρὸς

ἸΩΑ'ΝΝΟΥ τοῦ ΦΟΡΒΑΙ'ΟΥ,

Ἀξιωτάτου τοῦ Χρυσοπόλεως Γυμνασιάρχου
ξεστοτάτην Γραμματικήν.

Κλῶν ὅ, τι Αἰνείᾳ χρυσοῦς ἀΐδι προσιόντι,
Κρήσσ' ὅ, τι καὶ Θησεῖ νῆμα δέδωκε φίλον,
Ἠελίου τε σέλας κόσμῳ, διδαχῇ παρέχουσιν
Θ' ὄντως Ἑλλήνων γράμματα τοῦτο σοφῶν.
Συμπάσης κρήνη διδαχῆς γλῶττ' ἐστὶ Πελασγῶν,
Ἥ δ' ὄντως λόγιον ποίεσθαί σε ἔχει.
Ὅς 'πίεν ἔνθα φρονεῖ, ἐν ταῦθα μὴν ἥκετε, γνώμης
Οἷσι μέλει ἀγαθῆς. Ὅς πίεν ἔνθα, φρονεῖ.
Ὀρθῶς κοῦρε λόγων ζηλεῖς ἄρα τῶνδε ἐρασθεὶς,
Τὴν οἴμην περάσῃς ὃν τρόπον ἀργαλέην.
Τήνδε τρίβων ἐσθλὴν βίβλον νύκτας τε καὶ ἦμαρ
Εὑρήσεις ὁμαλὸν καὶ βραχὺν ὧδε πλόον.
Χερσὶ πρόφρων ταύτην οὖν λάμβανε ἀμφοτέρῃσι,
ΦΟΡΒΑΙ'Ωι τιμὴν καὶ χάριν οὖν γε φέρων.

SAMUEL MUNKERUS *Schola-Gaudana ConR.*

ALIUD EJUSDEM.

Velſiades ingens quondam correxit & auxit
Clenardum, Danaûm de grege Grammaticum.
At nunc PHORBÆUS *ſilvas commutat in hortos,*
Luxuriem reſecans digerit areolis.
Invia perrumpit, colles deducit in æquum:
Hoc quis non factum dixerit Herculeum?

In

In novam multaque eruditione conſertam

JOHANNIS PHORBÆI,

Gymnaſii Gaudani Rectoris vigilantiſſimi, Græcæ linguæ docendæ Viam.

THeſſalis in Colchos avexit Iaſona puppis
Quærentem fulva nobile vellus ovis:
Utinam Graias Batavi tenderetis Athenas,
Pectoris immenſas ut reſeratis opes.
Ergo age, Phorbæâ Neptunum ſcindite pinu:
Pinus erit codex; ipſe magiſter erit.
Fallor? an à portu jamdudum ſpecto Lyceum?
Suſtinet, O! quantos porticus iſta Sophos?
Palladis en arces! Hinc auſpice Suada Minervâ
Maſcula facundo dividit arma foro.
Cernitis aligera procul hinc veſtigia planta?
Hoc Aganippeas fonte bibetis aquas.
Hic mera deſudant divini mella Poëtæ.
Hos brevis è terris ducit ad aſtra via.
Ille Machaonias elimat & expolit artes:
Enodant alii myſtica verba Dei.
Hi morum figunt normas, male fixa refigunt;
Atticus iſte Solon; proximus ille Lacon.
Pars bona clarorum depingunt geſta virorum.
Hac Salamis: parvâ rex fugit ipſe ſcaphâ.
Quam igitur Batavi popularem ſcandimus Argo?
Phryxeo pretium vellere majus erit.
Ite citi Batavi: Gaudanam ſolvimus Argo.
Phorbæa lætas arte ſecate vias.

RICHARDUS KETEL.

PRÆFA-

Digitized by Google

PRÆFATIO.

TRia, ſi commodum eſt, te volo, Lector benivole. Primo enim loco ſum expoſiturus, quibus rebus adductus novam hanc Methodum vulgare inſtituerim: ſecundo modum hac utendi, & facillimam Græci ſtudii rationem expediam: poſtremo vero argumenta nonnulla breviter proponam, quibus pubem ingenue natam, ut diligentius, quam cum maxime fieri ſolet, his litteris incumbere ſe velit, invitare non dubitabo.

1. DE CAUSSIS SCRIBENDI NOVAM ARTEM.

QUod ſi ergo mirum tibi videbitur, cum tot fere Grammaticorum libelli proſtent, quot vix uſus poſtulet, ut copiâ illorum obruamur, me tamen nec ſumtibus, nec laboris moleſtia deterritum fuiſſe, quo minus hanc otii mei, quo minime abundo, operam tibi redderem: ita velim exiſtimes, me partim neceſſitate quadam, (modo illa neceſſitas uſurpanda ſit, cujus legem ſemel voluntate honeſtâ perficiendi cœpta definivimus) compulſum feciſſe, partim etiam, ne quid cupide videar καινοτομῆσαι, virorum celebrium auctoritate & exemplo permotum.

1. *Nondum effluxit quadriennium, cum in uſum vel Gymnaſii noſtri, vel etiam patriæ noſtræ ad inſtar Pariſienſe vernaculo ſermone artem publicavi Latinam, hoc eſt, Medullam Ariſtarchi Voſſiani; concinnatam à me ex ſeptem illius libris de Arte Grammaticâ, unâ cum Mercurio Bilingui Scioppiano. Videbam enim illos, qui à rudibus & plane imperitis Romanæ artis myſteria è Romanis verbis edisci volunt; perinde facere atque illos, qui, ex parabolis Evangelicis meliora monendi, lumen, ut omnes ſcilicet videant, ſub modio collocant, aut Græca non niſi de Græcis, Perſica & Syriaca non niſi de Perſicis & Syriacis hauriri imperant; quos qui audiat hodie, credo,*

ſe ridendum omnibus propinet. Quin & iſti, qui Latina pariter & vernacula memoria atq; animis tenellis mandanda eſſe putant, non aliquo faſce ætatem rudem levantes, ſed pro uno geminum humeris imponentes non abſimiles ſint eorum, qui Hebraica, aut Chaldaica præcepta ſimul è linguâ Latinâ & Orientalibus imbibenda eſſe poſtulent, axiomate Philoſophico caſtigandi, quod vetat entia multiplicare citra neceſſitatem: ſicut nec ad cultum & caſtitatem Latinitatis, nec ad habitum ejus citius faciliuſque comparandum facit ſive ſimplex, ſive duplex iſta Grammatice, Latine vel potius barbare ſcripta: nam aliud eſt Latinè, aliud Grammaticè loqui, *teſte Quinctiliano.*

Videbam inſuper aliud malum longe gravius graſſari, à CL. Voſſio ut alibi oſtenſum, admonitus, primam illam bonamque ætatem diu poſt Lithocomi Grammaticam à ſe recognitam, Notiſque ad oram adjectis auctam, ſpiſſis etiamdum erroribus imbui: quare optandum eſſe, ut præceptores paſſim omnes intelligerent ſe ingenia puerorum obtundere falſis plurimis, noxiis & ſupervacuis canonibus, eoſque ex Ariſtarcho, cum indignaretur antea nimium ſe receptis ſententiis indulſiſſe, corrigendos eſſe, ut brevior inde veriorque doctrina collecta pueritiæ traderetur. *Nec adeo me piget inſtituti, cum olim in gratiam infantiæ ſuſcepi illum quantulumcunque laborem: teſtatus enim vir Nob. Nic. Heinſius litteris ad me datis ſe pulcherrimum utiliſſimumque inſtitutum meum duxiſſe, qui feliciore ad Muſas aditu aperto nauſeam ac faſtidium ambagum moleſtiſſimarum juventuti deterſiſſem: teſtatus litteris CL. Gravius noſtram Grammaticam, quo ſæpius legeret, tanto magis ſibi arriſiſſe, ut omnibus hujus notæ libellis, qui in uſum puerorum concinnati ſunt, præponeret. Expertus etiam ſum tirones multos, cum Medullam noſtram per unum ſemeſtre manibus trivisſent, multo felicius & reſpondiſſe & rationem conſtructionis reddidiſſe, quam qui biennium vel triennium alibi in veteri pulvere nequicquam deſudaſſent; Ut librario, ne copia requiratur libellorum, maximâ parte divenditâ, ſtet ſententia eos brevi ad prelum ceu novam quandam incudem revocare.*

In limine iſtius opuſculi Græca Pharmaca daturos polliciti ſumus, laſerpitio illi Voſſiano ſimilia. Fides igitur olim data hortabatur ut ſe liberaremus, eademq; (brevis puta, vera & perſpicua) via ſtrueretur tam ad Græca, quam ad Latina docenda: nec enim ars Graiorum vulgaris paucioribus obſepta ſalebris & errorũ anfractibus, multis certe involuta tenebris.

2. *Cur pueritiæ non commendemus nobiles illos, & pereruditos ruentis Orientis exſules, qui hæc præcepta Græcis conſignarunt, vel potius obſignarunt litteris, paulo ante cauſſa dicta eſt. Quamquam & de illis non noſtram, ſed H. Stephani ex* Dial: de Infidis Græcæ Linguæ Magiſtris *accipere poteris ſententiam:* Atque ut de Græcis prius, *inquit,* quod ſentio dicam, mea certe ſic fert opinio, eos qui Græcæ linguæ rudimenta Græce tradiderunt pauca reprehendenda habere, præ iis qui Latine. Ex iis autem, qui Græco ſermone in iis tradendis uſi ſunt paullo ante noſtram ætatem, celebres ſunt, Theodorus Gaza, Manuel Chryſoloras, Conſtantinus Laſcaris, Demetrius Chalcondylas: Sed qui altius quam cæteri in docendis, quæ ad hanc linguam pertinent, penetravit, Theodorus

doctus Gaza; is & obſcure multa, & non ſatis fide pauca quædam tradidit.

Secundum hos diſciplina noſtræ principes magnum eſt ſuis meritis, & omni laude ac prædicatione digniſſimum nomen Caninii. Rami, Sylburgii, Clenardi, Vergaræ, Sanctii, Welleri, aliorum. Sed aut omnia me fallunt, aut palmam fert in Analogia & Dialectis unus Angelus Caninius, natione Italus: in accentuum doctrina, in declinandi & conjugandi facilitate feliciſſimus atque expeditiſſimus omnium Jacobus Wellerus, patria Germanus: in Syntacticis omnes poſt ſe relinquit vir conſummatiſſimus Fredericus Sylburgius, domo itidem Germanus: in Proſodia Franc. Vergara, Hiſpanus. Verum in Sylburgii & Welleri Rudimentis requirimus Proſodiam: in Caninii Helleniſmo Syntaxin ejus. & Proſodiam: ita ut doctrinam puerilem affectam reliquerint & mutilam, non perfectam ſive integram ſicut Apelles corpus Veneris.

Vergara quamquam præter quantitatum modulos, & licentias Poëticas, reliquas Grammaticæ partes expoſuerit, communi malo & errore paſſivo laborat, quo plerique omnes, ad hoc unum præcipue utiles, ut portentoſa Declinationum ac Conjugationum multitudine tirones, qui in Latina lingua pauciores multo flexiones ejuſcemodi audiverunt, abſterreant potius à Græcâ percipiendâ quam juvent & alliciant, veluti rectiſſime obſervavit Wellerus in Præfatione Grammatices. Quotuſquiſque enim eſt, *inquit*, ut à numero Declinationum & Conjugationum initium faciam, qui quando ad linguam Græcam diſcendam animum applicat, non totus exhorreſcat, ejuſque difficultatem fere inſuperabilem habeat; quando decem vel undecim declinationes, & tredecim, exceptis adhuc anomalis, in lingua Græca dari conjugationes audiat, cum tamen conjugatio tantum ſit una, & declinationes tres. *Ramo ſcilicet viderat jam ſæpius laudatus Wellerus non infeliciter rem proveniſſe in minuendo conjugationum numero: multum vero in Declinationibus turbaſſe ſuis ſubdiviſionibus, & ne hilum quidem compendifeciſſe.*

Singulorum Grammaticorum nomina ſi velim memorare, longus ſim: univerſas illorum tribus obiit, intus & in cute novit vir omni bono de Galliarum regno meritus, quem omnes præconio ſuo celebrare debent, Doctor ſcilicet Pariſienſis. Is ante annos, puto, triginta, aut non multo ſecus, ſermone Gallico conſcriptam protulit Novam Græcæ linguæ diſcendæ Methodum *in uſum regni glorioſi & peramplì. Excuſſerat ille Cruſios, Tſchonderos, Gualtperios, Surcinos, Gretſeros, Golios, Huldricos, Alſtedios, Clenardos, Schottos, multoſque alios viros laudatiſſimos. Si unam de omnibus illorum Grammaticis judicaſſet fungi poſſe vice Januæ, quâ cives ſui admitterentur ad penetralia univerſæ Græcorum linguæ: poterat homo, qui cultum linguæ Celticæ ad poſteros prodere ſtudebat, parvo labore defungi, ſi unam earum ex Latina Gallicam feciſſet.*

Etenim ſi fuit laudis avarus, hanc multi Galli inſignem & minime vulgarem repererunt politiſſimis verſionibus. Hujus autem viri judicium tanto pluris hodie faciunt eruditi homines, quia non ſuo ſolius inſtinctu, verum de conſilio & ſententia nobiliſſimi Collegii cujus, quod de dixi, præclarum aggreſſus contexuiſſe videtur. Conſilium

ſane, atque inſtitutum ſaluberrimum. Aquileges enim imitatus vir cum ingenio, tum doctrina excellens, nullorum flumina, cum multum luti traherent, in ſuum alveum derivare inſtituit: ſed artifex limpidiorum fontium inveniendorum, ſolos illimes & pellucidos è diverſorum agris & collibus, quicumque tandem eſſent, in ſuum ſe hortum ducere ſtuduit, aquarum undique in unum locum contractarum ſcaturigine irrigandum. In neminis imperia juraſſe cuiquam viſus eſt, quæ ſtudiis utiliora putabat, ſola ex aliis decerpens; quæ confuſa nimium ac lutulenta, atque à conſuetudine, ut Præfatio docet, in Galliis receptâ abhorrentia, damnans & reſpuens. Quemadmodum in Latina Methodo unum Σύνταγμα *ad unguem caſtigatum & perfectum dedit è tribus Auctoribus, Sanctio, Scioppio & Voſſio (ex quibus & nos olim Medullam Latinam, Galliæ Magiſtrum ſecuti, populariurn noſtrorum liberis apparatu Belgico, ob rationes ſupra ſcriptas, epulandam appoſuimus) ita in Methodo Græca ex Caninio, Sylburgio, & Sanctio, quorum duos poſteriores conſiderat ut Rami diſcipulos, plura hauſit, quam ex quoquam. Tam eximium igitur doctorem ceu exemplar inluſtre ob oculos ponentes iiſdem, quibus ille, opibus adjuti ſumus & dicati: excepto quod & de noſtro penu nonnulla adjunximus, & è CL. Wellero, cujus operam an ad commentationes ſuas abuſus ſit aliquoties dubitavimus, expeditiorem, quam ille, voces inclinandi rationem tradidimus. Hinc igitur facile colligas, Lector, etſi nobiles non pauci exſtent Grammatici, me non temere hunc ſubiiſſe laborem. Omnium fere uniones pretioſiſſimos, & adamantes pleroſque, in ſuum theſaurum collectos, Gallia venditat: ſed ditionis ſuæ, aut profecto linguæ ſuæ finibus includit. Nefas illos parare, niſi qui Gallice ſciat.*

Quid hoc invidiæ, Deus bone? Omnes Græciæ civitates divitiarum ſuarum primos heredes inſtituerunt Latinos: Latinæ linguæ uſus viget etiamnum in omnibus Scholis, regnis & rebuſp. Europæ. Neceſſe fuit igitur, ne pateremur hæc bona Gallorum eſſe propria, verum id nunc operam daremus, quo, quando pro more Scholarum omnes Græci tirones ante Helleniſmi Rudimenta aliquâ tenus in Latinis proceſſerint, fierent omnium communia, litteris Latinis (non Belgicis, ut olim cœperamus) publicanda: ad quod me auctoritate ſua, qua nihil apud me prius, nihil antiquius per multos annos fuit, ſexcenties, credo, impulit & cohortatus eſt Phœnix ille eloquentiæ Græcæ & Latinæ, omniſque doctrinæ columen Johannes Georgius Grævius, Doctor olim meus, cujus ut numquam in orbem litteratum eruditi, ita nec ego in me merita ampliſſima prædicare deſiſtam, quoad ſpiritus hos reget artus.

Quæres hic forte, cur non κατὰ πόδας *prementes viri veſtigia* Novam Methodum Pariſienſem *è Gallico in Latinum converterimus. Rationes, quæ contrarium ſuaſerunt, ſunt in primis duæ. Primo enim quædam, ut ſuis locis oſtendimus, ſentiebamus à nobis tradi poſſe ſuccinctius paullo & verius, unde, quo tota res ſpectat, adoleſcentia ad eruditionem itura præcipuis oneratur commoditatibus. Deinde*

de prima & neceſſaria maxime præcepta, ὁμοιοτελεύτοις Gallicis comprehenſa, ſæpe ita fiunt obſcura neceſſitate rhythmi iſtius, ut cum ipſa facis vicem diſcentibus præſtare debeant, animoſque ſuo lumine illuſtrare, ipſa poſtulent non raro novâ expoſitionis lampade illuſtrari. Perges fortean rogare, ſiquidem in multis regionibus, atque adeo intra patria noſtra terminos, Scholaſticorum aures Clenardi & Golii præceptis, (ut alios miſſos faciamus) celebrari ſoleant, quâ gratiâ illis nuntium remittamus. Quamquam ex ante dictis eſt ut nullo negotio de his ſecundum nos judicare queas: tamen paullo plenius & diſtinctius mentem noſtram aperiemus de ſingulis, ut, cum videris quas ſententias probemus cum Doctore Pariſienſi & Wellero, à quibus contra diſcedamus, partim cognoſcas facilius, quid reſpondendum ſit ad poſitam quæſtionem: partim etiam totius opuſculi noſtri rationem penitus cognoſcas & perſpicias.

3. *Ut cauſſa igitur ſecunda nova via munitanda ducenda fuit ab artis ſcriptoribus: ita tertiam petemus ab interiori natura & partibus ipſius artis.*

Primo, ſiquidem ſenſi quondam, Golium eo nomine in primis arriſiſſe laudatiſſimis ſtudiorum Rectoribus, quod doctrina illius, per quæſtiones & reſponſa propoſita, viva quadam videretur κατήχησις, non muta præceptio: propterea & ipſe, quem puer olim didici, & Scholarum clavo admotus docui, ejus exemplum laudo, quatenus ἐρωτήμασι καὶ ἀποκρίσεσι comprobo: quibus & Moſchopulum delectatum fuiſſe vidi, & Chryſoloram. Quies profecto ac mora aliqua interjecta reſpondenti puero grata eſt: & nova præceptoris interrogatio novus quaſi ſtimulus eſt mentem acuens ad attentionem. Quia vero Clenardus, partim Ordinum Supremorum juſſu in Batavorum Scholas eſt introductus, partim aliarum plurimarum regionum Gymnaſiis ab antiquiſſimis inde temporibus perſonuit: ut nova via veteris ſimilitudinem quam proxime referret, ac minimum à more multis tironibus familiari abhorreret, preſſius, quoad lex veritatis & claritatis permiſit, ſecuti ſumus in Regulis, titulo præmonente, verba CLENARDI VOSSIANI.

Sic vetere Methodo præſtantiſſimorum hominum quaſi in civitatem Analogia noſtra adſcita, videndum erit deinceps de dogmatis, quæ tradentur eâdem Methodo.

Declinationum numerum, cum Flandrus Magiſter & Argentoratenſis cum ceteris denarium ſtatuant, CL. Wellero accedimus, qui turbam illam terribilem redegit ad ternarium. Et merito, nam lex Philoſophica jubet, ea, quæ fieri poſſunt per pauciora, non debere fieri per plura: quorſum enim entium, ut ita dicam, & præceptorum multiplicatio ſupervacua, quin noxia falſiſque nitens rationibus, quas Wellerus retundit ſolidis in Præfatione argumentis, quorſum, inquam, iſta tendit, niſi ut ingenium hebetet, & memoriam tironum excarnificet? Deinde, qui opitulari ſe captat ætati muſtex, ibi totus ſit oportet: ut, quoad ejus fieri poteſt, ſimillima ſit forma Græcæ & Latinæ

artis: id quod Methodus Pariſienſis ſcite perquam & ſapienter monet omnibus obſervandum. Voßius autem libris de Analogiâ docuit tres duntaxat eſſe in Latio declinationes (quartam enim & quintam eſſe ſpecies vel appendices tertiæ) ergo & totidem nominum κλίσεσι Hellas acquieſcere gaudebit. De convenientia ſingularum viae nos p. 19, 20. 22. 23. 28. Galliarum Μουσηγέτης, *fateor, duas propoſuit ex Ramo declinationes, alteram iſoſyllabam, alteram perittoſyllabam: Sed Ramæa iſta ſubdiviſio (etſi ars Pariſienſis in Contractione nominum brevior & facilior) reapſe ad eumdem numerum redundat, ad quem vulgaris diviſio. Quod patebit ex diagrammate Sylburgiano:*

Prima ſimplicium	Prima iſoſyllaba maſculina.
Secunda ſimplicium	Prima iſoſyllaba feminina.
Tertia ſimplicium	Secunda Iſoſyllaba.
Quarta ſimplicium	Secunda Iſoſyllaba Attica.
Quinta ſimplicium	Perittoſyllaba.
Prima Contractorum	Secundæ perittoſyllabæ prima ſpecies contracta, &c.

Quod ad numeros attinet, de iis agimus p. 16. 17. Cui opinioni noſtræ confirmandæ nunc alteram addimus rationem, utpote qui nunc arbitremur, omnem dualem eſſe revera pluralem: neque tam novam eſſe declinationem aut diverſum numerum, quam dialectum, vel novam quandam & diverſam ejuſdem pluralis numeri terminationem. Cum enim Attici plura deſignant, quæ tantum duo ſunt, utuntur indifferenter ſuo plurali Attico, h. e. duali, & plurali Communi: dicunt enim δύο χεῖρε *&* δύο χεῖρες, duæ manus, *eodem ſenſu,* δύω νύκτε καὶ δύο νύκτας, δυοῖν σαλπίγγοιν καὶ δυσὶ σάλπιγξι. *Cum ergo Ariſtoteles dixerit* δυοῖν ὀρθαῖν, *Atticiſmus eſt, pro quo alibi uſurpat,* δύο ὀρθῶν *(nempe* γραμμῶν*)* duarum rectarum linearum. *Hinc & utramque formam ſimul jungunt in convenientia adjectivi & ſubſtantivi: ut* ὀφθαλμῶν δυοῖν ὄντοιν *apud Ariſtot. Verum ſecundo, dualis iſte non tantum duo denotat, ſed plura duobus: & tunc eſt pluralis Dorica & Poëtica dialecti. Unde Homerus* ἠθελέτην *pro* ἤθελον, *& ſimilia dixit in vita ſua apud Herod.* Ἔνθεν ἀπειρεσιόμεναι Κούρη Διὸς ἀγλαὰ τέκνα, Ἠθελέτην κλῆσαι δῖαν χθόνα, καὶ πόλιν ἀνδρῶν. Οἱ δ' ἀπαναινέσθην ἱερὴν ὄπα, φημὶ ἀοιδήν. *Timæus* περὶ ψυχᾶς κόσμω *inter opera Platonis:* τὰ δὲ πάντα ἀψύχω καὶ ἀλόγω ἐστίν, *pro* ἄψυχα καὶ ἄλογά ἐστι. *Adde Caninii exempla p. 97. & 159. Ex quibus omnibus hoc efficitur, quando duo omnia poſſint ſcribentes efferre pluraliter Attice & communiter, ſolis legentibus opus eſſe* τῷ δυϊκῷ, *aut certe neceſſarium fieri hunc quando evolvent Dores, Poetas, Atticos.*

Si deinde deveniendum ad Conjugationes, duas commodiſſime ſtatui docemus, & probamus p. 69. & 70. Hactenus inter me convenit & Doct. Pariſ. quem vide p. 105. Sed cum ille primam, cujus finis ω ſubdividat in duas ſpecies, alteram Barytonam, alteram Circumflexam, eaſque ſeparatis pertractet libris, tantumdem eſt ac ſi tres doceat Conjugationes, unam in μι, & duas in ω: & eatenus diſcrepamus. Non ægre ferent, ſpero, homines ſapientiſſimi (quod eos publice

ens-

Digitized by Google

enixum in modum exoratum eo) ſi, velut in Senatu Romano fieri ſolebat, quando COS. de re aliqua retulerat, quæ tota non erat improbanda, ſententiam dividi poſtulem. Welleri, cujus veſtigia in declinando inſiſtimus, opinionem Rameam de una Conjugatione ut ſequamur, haut licere nobis putavimus per rationem p. 70. Percommode verba in εω, αω, οω, uno ſaltu volens plures capere apros. quam diverſis, tanquam exempla ubique propoſuit conformanda verbo τύπτω: Sed verba in μι tribus temporibus propriā obtinent formam, ab iis, quæ cadunt in ω, differentem primo terminationibus, & ſecundo temporum formationibus, p. nobis 147, 149. &c. Atqui ubicunque eſt differentia terminationum, ibi ſecundum ipſum Wellerum requiritur nova Conjugatio; nam, ut à contrario ducamus argumentum, hæc Propoſitio ipſius in Præfatione legitur: Ubicumque nulla eſt differentia terminationum, ibi nova Declinatio & Conjugatio fingi non debet. Quod ſi aliquis in animum induxerit rationem terminationis non ſufficere, ſic habeat, Majorem Wellerianam tum profecto veriſſimam fore, ſi adjungatur formatio caſuum & temporum. Nam forma rei tribuit τὸ εἶναι. Cū itaque Ramus & diſcipuli ejus unitatis originem arceſſunt ab Herodiano, auctoritatem laudant nemini temere ſpernendam: Sed cum argumentum ejus probant, contendentis verba in μι derivari à puris in ω, & propterea eſſe ejuſdem conjugationis, probant fallaciam conſequentiæ. Derivatio enim arguit materiam generationis: materia autem per ſe non conſtituit eandem ſpeciem, ſed forma eadem: ubi ergo ſunt diverſæ formæ, ſunt diverſæ ſpecies, eſſentiæ, & conjugationes. ὅπερ ἔδει δεῖξαι. Præterea, ut ante in Nominum Flexionibus monuimus, partis, quod poteſt, facere debet utriuſque linguæ diſciplina: in Latio eſt duplex genus conjugationum, alterum in o deſinens (primi enim, quod ſcio, quatuor Latinorum conjugationes æquis legibus ſub una comprehendimus p. 111, 112, &c. Medulla Voſſ.) alterum in m vel um, ut ſum, poſſum, proſum. Imo ut Latina in um, prædita ſunt una eademque forma: ita & verba in μι unam, cum ſint alias quatuor, efficiunt conjugationem, pag. h. Gr. 149, 150. Geminum igitur & συζυγίας numerum, in ω & μι, Græcis concedamus æquum eſt.

In affectionibus vero conjugationum duo diligentiſſime ſpectanda ſeſe offerunt, temporum modorumque Deductio & Diſpoſitio. Deductionis autem cardo rurſus vertitur in duabus rebus, brevitate puta concatenationis, quā poſtulat grad. propinquitas, & quoad ejus fieri poteſt, in ſimilitudine, quam natura exigit, temporumq; eorundem cognatione: cujus hic typum vides perpetua ſerie deſcriptum per omnia verborum genera.

	ACTIVUM.	MEDIUM.	PASSIVUM.
Præſens.	Τί-ω.		τί-ομαι.
Imperf.	Ἔτι-ον.		ἐτι-όμην.
Futur. 1.	Τίσ-ω.	τίσ-ομαι.	* τε-τίσομαι.
Futur. 2.	Τι-ῶ.	τι-οῦμαι	τι-ἐσομαι.
Aoriſt. 1.	Ἔτισ-α	ἐτισ-άμην.	ἐτίθην.
Aoriſt. 2	Ἔτι-ον,	ἐτι-όμην.	ἐτίην
Perfectū	Τέτι-κα.	τέτι-α	τέτι-μαι.
Pluſquāq.	Ἐτετί-κειν	ἐτετί-ειν.	ἐτετί-μην

* Τετίσομαι paullo poſt Fut. vel fit a fut 1. medio τίσομαι, præfixo τε augmento. vel à ſecundâ perſ. paſſ. τέτισαι, inſerto ομ. Tempori huic vis quædam immiſta è præt. & fut. nam paullo poſt honorabor valet pene honoratus fui.

Qui grandi iſta conjugationum turba capiuntur: iidem illi mirifice gaudent ambagum longitudine, & affinium diſſidiis. ex. gr. ſi cui occurrat in ſcriptore primo loco τυφθήσεσθαι, proximum fuerit τυφθήσομαι: tertium, unde hi derivant, ab his cenſebitur, ἐτύφθην: quartum τέτυπται: quintum τέτυφα: ſextum τύψω: & ſeptimum denique τύπτω, quod eſt thema, prima ab origine poſitio. Sex, ſeptem anfractibus ægre ad carceres anhelando reditur: quo duobus, ſummum tribus, decurri poterat ſaltibus. Tolle enim finem, -φθήσομαι, ſubjice -ψω, patrem (ignoſce ita loquenti) inveneris, h. e. Fut. τύψω, & mox charactere temporis mutato avum. h. e. præſens τύπτω. Quam inepte inter alia futurum ſecundum Ionum formetur ab A. 2. ἔτυπον: quam commode & apposite contra à præſenti τύπτω, quivis videt. Quid quod omnia Futura ſecunda ſunt ipſa antiqua præſentia, ut ſcienter admodum & præclare in Radicibus ſuis docuit ornamentum illud Germaniæ ſuæ eximium, CL. Daumius. Methodum igitur hanc expeditiſſimam & dexterrimam communem habemus cum Auctore Pariſienſi, cui viam aperuere Ramus & Cranzius: quo quidem nomine non parum ipſis debemus. Nam longa temporum ſuccedentium genealogia uſu rerum, ut ſummi homines judicant, non minus nociva ſtudiis deprehenditur, mentiſque agitationi celerrimæ, miſere illam torquens & retardans, quam jucunda multis accidit, Clenardi, Golii, ſimiliumque amatoribus) qui novam formationem necdum ſatis bene expenderunt. Duo tamen viſus eſt peccaſſe Doctor. Par. in quibus æqualitatis & cognationis jura, quantum licuit, non ſervavit. Aoriſtus enim 1. paſſ. quem deducit à Fut paſſ., ab aor. 1. act. formandus potius erat, (eo, quo doceo, modo p. 127.) non minus quam aor. 2. paſſ. ab aor. 2. act. & futura paſſiva à ſuis cognatis activis, atque aor. med. ab iiſdem. Deinde, ut fœtus ſequatur ventrem, cum Ramo præt. med. rectius à Fut. 2. cujus ſervat characteriſticam, derivaveris, quemadmodum Præt. activum venit à Fut. 1. Quod ſi idem poſtulas, Lector, in præterito paſſivo, facile tui cauſſa pœnitentia ductus vetera mea deſeram veſtigia, præteritumque paſſivum, ut brevior fiat ſtirpis propagandæ ſeries, formabo à fut. 1. act. mutato ω vel σω in μαι, ψω in μμαι, & ξω in γμαι præmiſſo augmento, quod cuivis debetur perfecto: neque tunc ſane diſcipulos cruciabit mutatio tenuium in medias, & mediarum rurſus in labiales. Sed nolo hic cum quoquam de lana rixari caprina: ſuo quiſque ſenſu abundet. Plura deliquit Wellerus in Paſſivorum formatione, ſublata cognationis activæ concordia.

Tandem ſi diſpoſitio quæritur, ea dependet ab ordine naturali temporum ac Modorum. Unde cum videas Futurum utrumque activum generari ex præſenti, aoriſta ex futuris, à Ramo recte præmiſſa ſunt Perfecto & Pluſq. unde & ſimilis ordo Medii ac Paſſivi, natus ex progenitorum dignitate: Hæc naturales ſeries minime interrumpenda. Ramus aliquâ tenus (etſi modos negat, quos probavimus contra illum & Sanctium Medullæ p. 106, 107, 108.) recte procedit cum præſens 2.

& 3.

& 3. h. e. Subjunctivum & Optativum poſtponit primo præſenti, ſive Indicativo: nam ſubjunctivus ex gr. in ω ῃς, ῃ, fit ex ω, εις, ει, &c. Sed portentoſa eſt diſſociatio naturalis concordiæ & perturbatio memoriæ, quando optativum & imperativ. interjicit inter imperfectum, futura & aoriſtos indicativi: licet τὸ ἔτυπτον nec à τῷ τέτυφα flectatur, nec τύπτω à τύψω vel τυπῶ. Golius autem, Clenardus, & omnes, qui filios nepotes anteponunt patribus & avis, i. e. perfecta aoriſtis, & aoriſta futuris (ut & Wellerus ex parte) equos & boves à plauſtris trahi jubent. Ordinis perpetuitatem communem, quam nos ubique tuemur, Doct. Pariſ. multo diſtinctius expreſſit in Tabulis, quam in ipſo ſyſtemate præceptorum: cum enim in Indicativo omnia optime collocaſſet, ut ipſa lex juſſerat τῆς γενέσεως, in reliquorum modorum conjunctione confudit omnia contra legis iſtius mandatum: ut non pares, quod oportuerat, ſed diſpares jam memoria vias ſequi cogatur.

Nova igitur temporum ſeries ac formatio, quam hic dedimus limationem, faciliimam reddet originis indagationem: ut in Analogis pene numquam ſit opus futurum Lexico. Anomali Thematis inveſtigandi doctrinam ſi quæris, quæ ſemper & ubique perplexa ſunt, à Schotto vix mole unius libelli comprehenſam, ab aliis per longos Catalogos diffuſam primus auctor Pariſienſis ſcite & ingenioſe reduxit ad tria fundamenta, quæ vide p. m. 194. unde omnia ordine procedens anomala, quæ diſſipata jacebant, non parvo ſane fructu diſcentium, conſtrinxit quinquaginta; nos vero, majus compendium nacti, viginti quinque Regulis: Quæ ſola manibus excutiant tot promptuaria, manualia; ponteſque aſinorum è ſacris iſtis ſublicis conſtructos diruant: in primis ſi diligenti inſuper lectione concoquas ἀρχὰς & rationem compoſitionis ſub f. l. 4. Obſoleta extra Tabulas ab uſitatis fere ubique uncis duobus [ ] incluſa ſecrevimus.

Adhuc egimus de vocibus: ſed in illorum conſtructione cum tota vis ſit & anima ſenſus, præcipua Grammaticæ virtus hic quoque ſe exſerat oportet, quæ triplex in Syntaxi. Primo ut alibi, ſit & hic brevitas utilis: nam ſupervacua in Golio ceteriſque præcepta, h. e. quæ Latinis eadem ſunt, quis non credat ſine fructu eſſe? Copia & elegantia exemplorum etſi in Poſſelio cum primis eſt laudanda: tamen plurima tradidit divulſa & ſeparata, quæ uni communi fundamento erant inædificanda.

Quicquid præcipies, eſto brevis: ut cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantque fideles.

Brevitatem vero illam amamus, quæ non ſit nimia, quæ non tollat neceſſaria ſive præcepta, ſive exempla, ut fit in Syntaxi Clenardi & quorundam epitomis. Nam iſta equidem compendia ſunt diſpendia. Brevis eſſe laboro: obſcurus fio.

Secundo ratio debet eſſe obruſſa, ad quam regularum veritas exploranda, ut ex fontibus illæ ſuis deriventur. Qua quidem in re (nemo enim de ceteris hoc umquam præſtitit) ut per ellipſes nonnulla dextre expedivit

magnus Sylburgius: ita nemo plenior & exactior fuit in iſtis enucleandis quam Doctor ille Pariſ. jam perſæpe laudatus. Hujus veſtigia inſiſtentes, quædam in Annotationibus adjecimus aut parum antehac, aut nunquam explicata. In tironum vero gratiam regulæ noſtræ reſpondent Muſarum numero, & Figura Charitum. De Syntaxi Modorum, quam Galli negligunt, vide Annot. p. 251, 252.

Tertio, ſtyli uſus, quia ſolus dicendi artifex, in pretio habendus. Propter convenientiam igitur ſyntacticam baſin ejus ſtruimus ſolidiorem accurata generum explanatione, quam brevius atque expreſſius, certe diligentius, quam alii, delineavimus, p. 23. 24. 25. 33. &c. Cum prima Regula Græca Syntaxeos efferri potuiſſet iiſdem vocibus atque prima Latina, ſine ulla exceptione: maluimus tamen nunc illas partes ſigillatim proponere, ex quibus Græca ſcripturus clarius illa & diſtinctius perſpicere valeat, in quibus Graji à Romanis diſcrepant: Abſque hoc fuiſſet, regulam de Genitivo non facile in duas diſpeſci paſſus fuiſſem. Similis & aliarum ratio. Contra, quia virtus eſt medium vitiorum & utrimque reductum, in Notis crebrius Magiſtros monuimus, ne temere damnarent, quæ cum ſtylo congruunt Romano.

Denique Canones Proſodiæ & Dialectorum, quos piaculum fuit prætermittere, quando ſine illis nec Poëtas, nec hiſtoriarum, nec artium & ſapientiæ principes intelligas, pagellis paucis amplexi ſumus, in ſuum ſingulos locum coadunantes, ne quid opus eſſet diverſis quærere. Quam à janua aberrent & ſpe conſummatæ doctrinæ comparandæ, quam neſciant quid utile, quid jucundum ſit, qui, ut taceam hiſtoriarum & philoſophiæ ſcaturigines uberrimas, Poëſin Græcam & Poëtas projiciunt, diſcere erit ex Oratione Tullii pro Archiâ, & epiſtolâ Angeli Caninii ad Priulum, præfixa eruditiſſimo Alphabeto: Omne otium, *inquit,* in Græcis poëtis evolvendis conſumebamus. *Et paucis interjectis:* Quo magis eorum admiraberis inertiam, qui cum in aliis multis ſcientiis perdiſcendis magnum laborem ponant, hoc ſcriptorum genus ne attingant quidem: quod quam bene faciant viderint ipſi. Equidem ita exiſtimo, quod tu minime ignoras, eam in Græcis Poëtis ineſſe ſuavitatem, ut vel hanc unam ob rem dignos eos eſſe cenſeam, in quibus percipiendis magnos etiam labores excipiendos putem. At quantos fructus ex Poetarum lectione percipimus? Certe ſine ipſis non ars dicendi, non Philoſophia, non ulla honeſtorum ſtudiorum pars recte poteſt aut tractari, aut omnino intelligi. Quod veteres ipſi ſatis confirmant, ac Plato in primis & Ariſtoteles, qui poetas legebant diligentiſſime: quorum etiam teſtimoniis ſua ſcripta ornant & tuentur. *Quod ſi nonnulli abſterrentur difficultate, eſt ut cogitent Græcam Poëſin eſſe multis partibus faciliorem Latinâ, tum pleraſque eaſdem regulas: ſi varietate ſermonis, paucorum dierum labore, quando provectior aliquis in id ſerio incumbens noſtro de Dialectis libello utetur, omne tædium abſterget. Id quod ſæpe expertus ſum in meis diſcipulis.*

Nunc ſi judicium meum de Golio aliiſque quæris: ſenties facile ex iis, quæ ſupra ſcripſi, fautorus in primis, ſi, quæ paſſim docemus, cum illis

Digitized by Google

lis contenderis. *Si de Clenardo percontabere, reſponſum feres à Doctore Pariſienſi, qui teſtatur in Præfat.* multo rerum uſu ſe didiciſſe Clenardi Methodũ (*illã ſcilicet, quæ à nobis non fuit emendata*) non ſatis ſtudiorũ conducere rationibus. *Quin vir idem CL. ubi rationem reddidiſſet de nova Grammaticâ à ſemet editâ, clarius de Clenardo judicat, ejuſq; recognitoribus.* Ceterum & hoc addam, *inquit.* Clenardum, qui proſpero quodam fortunæ curſu uſque adhuc Scholas obtinuit, numquam viſum fuiſſe idoneum, qui ſufficeret ad intelligentiam totius hujus linguæ. Quandoquidem enim, ut rectiſſime ait Conſtantinus Laſcaris, lingua Græca eſt veluti mare quoddam vaſtiſſimum, idcirco vanum eſt IN SIMPLICIORIBUS COMPENDIIS (*audiant eorum, qualiacumque tandem ſint, amatores*) illius velle quærere notitiam. Tum, quia in illo auctore illuſtrando & amplificando plures alii operam poſuerunt (quos inter qui ipſum accuratius recognoverint, uti mihi quidem videtur, affirmes licet. D. GOULU fuiſſe, celebrem profeſſorem Regium, & D. MERIGON qui litteras Græcas & Hebraicas docuit in Univerſitate Parienſi) tanto minus abſurdum cenſeri debet, & nos pro virili noſtra anniſos fuiſſe, ut, qui deſiderant proficere in his rebus, eos ſolatio aliquo levaremus. *Nos Voſſii conatus in multis laudamus: Gallos tamen à Gallis in Clenardi recenſione viro Celeberrimo anteferri videmus. De Clenardo audi & H. Steph.* De Inſidis Gr. L. Magiſtris p. 162. 163, 164. *Tot igitur tantarumque rationum momentis, tot tantorumque hominum clariſſimorum auctoritatibus communiti non modo omni temeritatis crimine liberandi merito videbimur: ſed ſolo amore linguæ cultiſſimæ propagandæ incenſi novam hanc viam ingreſſuris ſignum ſuſtuliſſe ad Græciam parvo labore, nullo periculo aperiendam, ut opibus illius tibi vindicatis tandem agnoſcas ſolam fuiſſe matrem ingeniorum, & ſcaturiginem omnium ſcientiarum.*

II. DE MODO UTENDI HAC GRAMMATICA.

QUod ut facilius ſuccedat, Lector, modum ſecundo hoc capite explicabimus noſtra præcepta dextre ſive docendi, ſive diſcendi.

Licet enim quivis hunc per ſe facile cognoſcere queat; tamen quemadmodum illi, qui novum hortum aut primi conſeverunt, aut ex vetere herbas plantaſque inutiles & marcidas ejecerunt, floreſque novos, & arbores frugiferas ad quincuncem digeſtas in eo deſeruerunt, ut plane novus haberi debeat, exploratius & certius introeuntibus totius horti vel pomarii formam, fructus ac commoda enarrare queunt & commonſtrare: ita & nonnulli forte ab illis, qui opus ipſi aliquod moliti ſunt, quam ab inſuetis diſcere præoptent illius uſum, & ſingularum, quia diſtinctius norunt, partium functiones.

1. *Tria igitur ſunt omnino tempora, in quæ partimur ſtudii Gramm. penſa.* Primum *illud eſt, quo tirones, non diu tamen, detinendi*

ſunt

magnus Sylburgius: ita nemo plenior & exactior fuit in iſtis enucleandis quam Doctor ille Pariſ. jam perſæpe laudatus. Hujus veſtigia inſiſtentes, quædam in Annotationibus adjecimus aut parum antehac, aut nunquam explicata. In tironum vero gratiam regulæ noſtræ reſpondent Muſarum numero, & Figura Charitum. De Syntaxi Modorum, quam Galli negligunt, vide Annot. p. 251, 252.

Tertio, ſtyli uſus, quia ſolus dicendi artifex, in pretio habendus. Propter convenientiam igitur ſyntacticam baſin ejus ſtruimus ſolidiorem accurata generum explanatione, quam brevius atque expreſſius, certe diligentius, quam alii, delineavimus, p. 23. 24. 25. 33. &c. Cum prima Regula Græca Syntaxeos efferri potuiſſet iiſdem vocibus atque prima Latina, ſine ulla exceptione; maluimus tamen nunc illas partes ſigillatim proponere, ex quibus Græca ſcripturus clarius illa & diſtinctius perſpicere valeat, in quibus Graji à Romanis diſcrepant: Abſque hoc fuiſſet, regulam de Genitivo non facile in duas diſpeſci paſſus fuiſſem. Similis & aliarum ratio. Contra, quia virtus eſt medium vitiorum & utrimque reductum, in Notis crebrius Magiſtros monuimus, ne temere damnarent, quæ cum ſtylo congruunt Romano.

Denique Canones Proſodiæ & Dialectorum, quos piaculum fuit prætermittere, quando ſine illis nec Poëtas, nec hiſtoriarum, nec artium & ſapientiæ principes intelligas, pagellis paucis amplexi ſumus, in ſuum ſingulos locum coadunantes, ne quid opus eſſet diverſis quærere. Quam à janua aberrent & ſpe conſummatæ doctrinæ comparandæ, quam neſciant quid utile, quid jucundum ſit, qui, ut taceam hiſtoriarum & philoſophiæ ſcaturigines uberrimas, Poëſin Græcam & Poëtas projiciunt, diſcere erit ex Oratione Tullii pro Archiâ, & epiſtolâ Angeli Caninii ad Priulum, præfixa eruditiſſimo Alphabeto: Omne otium, *inquit*, in Græcis poëtis evolvendis conſumebamus. *Et paucis interjectis:* Quo magis eorum admiraberis inertiam, qui cum in aliis multis ſcientiis perdiſcendis magnum laborem ponant, hoc ſcriptorum genus ne attingant quidem: quod quam bene faciant viderint ipſi. Equidem ita exiſtimo, quod tu minime ignoras, eam in Græcis Poëtis ineſſe ſuavitatem, ut vel hanc unam ob rem dignos eos eſſe cenſeam, in quibus percipiendis magnos etiam labores excipiendos putem. At quantos fructus ex Poetarum lectione percipimus? Certe ſine ipſis non ars dicendi, non Philoſophia, non ulla honeſtorum ſtudiorum pars recte poteſt aut tractari, aut omnino intelligi. Quod veteres ipſi ſatis confirmant, ac Plato in primis & Ariſtoteles, qui poetas legebant diligentiſſime: quorum etiam teſtimoniis ſua ſcripta ornant & tuentur. *Quod ſi nonnulli abſterrentur difficultate, eſt ut cogitent Græcam Poëſin eſſe multis partibus faciliorem Latinâ, tum pleraſque eaſdem regulas: ſi varietate ſermonis, paucorum dierum labore, quando provectior aliquis in id ſerio incumbens noſtro de Dialectis libello utetur, omne tædium abſterget. Id quod ſæpe expertus ſum in meis diſcipulis.*

Nunc ſi judicium meum de Golio aliiſque quæris: ſenties facile ex iis, quæ ſupra ſcripſi, fautorus in primis, ſi, quæ paſſim docemus, cum illis

lis contenderis. *Si de Clenardo percontabere, reſponſum feres à Doctore Pariſienſi, qui teſtatur in Præfat.* multo rerum uſu ſe didiciſſe Clenardi Methodū (*illā ſcilicet, quæ à nobis non fuit emendata*) non ſatis ſtudiorū conducere rationibus. *Quin vir idem CL. ubi rationem reddidiſſet de nova Grammaticâ à ſemet editâ, clarius de Clenardo judicat, ejuſq; recognitoribus.* Ceterum & hoc addam, *inquit.* Clenardum, qui proſpero quodam fortunæ curſu uſque adhuc Scholas obtinuit, numquam viſum fuiſſe idoneum, qui ſufficeret ad intelligentiam totius hujus linguæ. Quandoquidem enim, ut rectiſſime ait Conſtantinus Laſcaris, lingua Græca eſt veluti mare quoddam vaſtiſſimum, ideirco vanum eſt IN SIMPLICIORIBUS COMPENDIIS (*audiant eorum, qualiacumque tandem ſint, amatores*) illius velle quærere notitiam. Tum, quia in illo auctore illuſtrando & amplificando plures alii operam poſuerunt (quos inter qui ipſum accuratius recognoverint, uti mihi quidem videtur, affirmes licet, D. GOULU fuiſſe, celebrem profeſſorem Regium, & D. MERIGON qui litteras Græcas & Hebraicas docuit in Univerſitate Pariſienſi) tanto minus abſurdum cenſeri debet, & nos pro virili noſtra annixos fuiſſe, ut, qui deſiderant proficere in his rebus, eos ſolatio aliquo levaremus. *Nos Voſſii conatus in multis laudamus: Gallos tamen à Gallis in Clenardi recenſione viro Celeberrimo anteferri videmus. De Clenardo audi & H. Steph.* De Inſidis Gr. L. Magiſtris p. 162. 163, 164. *Tot igitur tantarumque rationum momentis, tot tantorumque hominum clariſſimorum auctoritatibus communiti non modo omni temeritatis crimine liberandi merito videbimur: ſed ſolo amore linguæ cultiſſimæ propagandæ incenſi novam hanc viam ingreſſuris ſignum ſuſtuliſſe ad Græciam parvo labore, nullo periculo aperiendam, ut opibus illius tibi vindicatis tandem agnoſcas ſolam fuiſſe matrem ingeniorum, & ſcaturiginem omnium ſcientiarum.*

II. DE MODO UTENDI HAC GRAMMATICA.

QUod ut facilius ſuccedat, Lector, modum ſecundo hoc capite explicabimus noſtra præcepta dextre ſive docendi, ſive diſcendi.

Licet enim quivis hunc per ſe facile cognoſcere queat: tamen quemadmodum illi, qui novum hortum aut primi conſeverunt, aut ex vetere herbas plantaſque inutiles & marcidas ejecerunt, floreſque novos, & arbores frugiferas ad quincuncem digeſtas in eo deſeruerunt, ut plane novus haberi debeat, exploratius & certius introeuntibus totius horti vel pomarii formam, fructus ac commoda enarrare queunt & commonſtrare: ita & nonnulli forte ab illis, qui opus ipſi aliquod moliti ſunt, quam ab inſuetis diſcere præoptent illius uſum, & ſingularum, quæ diſtinctius norunt, partium functiones.

1. *Tria igitur ſunt omnino tempora, in quæ partimur ſtudii Gramm. penſa.* Primum *illud eſt, quo tirones, non diu tamen, detinendi*

ſunt

ſunt in ſolis Grammaticis præceptionibus, ut primorum rudimentorum (*quæ, veluti Annotationes minuſculâ, grandiuſcula litterarum formâ exarata continentur Lib.* 1. 2, 3. 4.) eam partem ediſcant, quæ præ aliis eſt neceſſaria. *Poſt cognitas litteras & compendia ſcripturæ ex p.* 1, 2. 315, 316. *lectitent incipientes Paradigmata Tabularum l.* 2. & 3, *ut declinandi & conjugandi formulis adſuefacti confeſtim memoriæ mandent Articulum, ac Paradigmata trium declinationum, nec non primæ conjugationis, ſine contractionibus, quæ poſt conjungentur cum ipſis regulis: Verba enim in μι, & Contractiones provectiorum eſſe recte judicavit Sylburgius. Ita illi, qui quatuor Tabulas noſtras tenebit, non opus erunt longi Paradigmatum libelli. Lectionis ratio biduo à diligentibus, ſummum triduo, percipi poteſt, Flexionis intra ſeptem luces, vel pauciores.*

Poſt παραδείγματα *ediſcentur protinus primarii Canones, & cum deventum erit ad definitiones Declin.* 1, 2. &c. *adjicietur iiſdem repetitio Paradigmatum, cum ſimilibus exemplis ad ea partim voce, partim ſcripto conformandis: imo & contrahendi ratio, & ſecunda Conjugatio. Tenendum hic pulchre fuerit monitum Stephani & Welleri*, non eſſe præceptis explicandis diu inhærendum, ſed tantum generalia breviter eſſe proponenda: ex analyſi enim Grammaticam eſſe plenius addiſcendam, non à præceptis. *Verbi cauſſa: ſi quis e cap.* 3. *l.* 1. *cognoverit Quæſt.* 1, 2, 3, 4: *ſequentes quatuor, differat in tempus futurum. Animo à primis initiis ubi diligenter affixerit Quæſtionem* 1. & 2. *ex cap.* 7. *lib.* 3: *ſex ſequentes, vel aliquas illarum, ad analyſin auctoris reſervet. Hoc opus, ſi duas in illo horas ſolidas quotidie conſumſeris, bimeſtre fuerit homini induſtrio.*

Quoniam vero præter eam artem, quam μεθοδικὴν *vocitant, opus eſt* ἐξηγητικῆς, *quæ vocum ſimplices ante notiones, quam complexas utpote difficiliores explicet, ſine quibus ſi linguam te diſcere ſperes, formam domus ſine materia ſubſiſtere putes: inter prima hæc tirocinia quotidie modicus quoque vocabulorum numerus ediſci poterit, vel ex Horto Gallico Græcorum Radicum, libello pueris apprime utili, qui Celticarum litterarum haut ſunt expertes, vel ex Radicibus Guerini, Profeſſoris Pariſienſis, aut etiam clavi Lubinianâ. Quamquam nihil ſit futurum conducibilius quam Vocabularium, ut vocant, Græcum, Latinum, Vernaculum, quo res digerantur in locos Communes, ut in eo quod inter Gloſſaria legitur. Iſtiuſmodi Theſaurum puerilis diſciplinæ, ſi Deus volet, & pretium eſſe cenſebitur, nos aliquando conſtructum dabimus è Junio, Polluce, aliis, admiſtis Radicibus Groſippi Hortique Pariſienſis.*

2. *In ſecundum ergo tempus rejecimus prælectionem ſcriptoris cujuſpiam in oratione ſoluta, cui comitem addimus* ἀκριβεστέραν *artis perceptionem, h. e. Præter provectiorum demenſum ex libris prioribus, Thematum Inveſtigationem ex l* 5, 6. *Regulas Syntaxeos, quæ perpaucæ ſunt, e. l.* 6: &, *ſi placet, Accentuum, quæ contenta*

tenta duobus poſtremis capitibus l. 7. Utrum tamen Regulas illas, quæ diſcantur intra dies non ita multos, præmittere malis auctori prælegendo, an vero inter ipſam ejus ἀνάλυσιν diſcipulis inſtillare, tui erit res judicii.

2. *In hoc equidem curriculo tria ſunt ſpectanda: interpretatio diligens, examen accuratius, & ſtyli exercitium. Interpretatio requirit argumentum aliquod, & modum interpretandi. De materia ejuſmodi, quæ idonea ſit captui tironis rudimentarii, ambigunt viri doctiſſimi: alii initium capiunt à Tabulis novi Fœderis; alii à Fabulis Æſopi; alii à ſelectis Dialogis Luciani; alii, ſi Diis placet Homericis, ab ipſo Homero; alii denique aliunde. Qui exordium ſumunt ab Epiſtolis S. Pauli, ut aliquando vidi, ne illi homines revera pueris aptant cothurnos Herculis. Quorum deliciæ ſunt Evangelia, ob pietatis ſtudium non parva laude dignos exiſtimo, ſed cum propter alia, tum quia plurimi admiſcentur Hebraiſmi, metuo ne res ſit altioris indaginis. Certe Henr. Steph.* Dialogo de parum fidis Gr. L. Magiſtris. *p.* 130. *ſic judicat.* PH. Non igitur iis aſſentiris, qui Teſtamenti novi ſcripta primis Græcæ linguæ ſtudiis accommodata eſſe exiſtimant? COR. Nequaquam: non quod pleraque ibi intellectu valde facilia non ſint ad ſermonem quod attinet, nec quod nulla in illis legantur vocabula apta & ſignificantia, atque adeo elegantia, & quidem apud Lucam præſertim: ſed quod PRÆTER HEBRAICA LOQUENDI GENERA (quæ à Græcis diſcernere puer haud queat, & admonitus admonitionis obliviſci poſſit) talia nonnulla, qualia modo dixi. *Peregrinitas ſcilicet vocum & phraſium, quæ ex Latio irrepſerunt, &c. Nos tamen piorum hominum auctoritati, ſi res ita ferat, facile concedemus. Idem H. Steph.* Dialogo De bene inſtituendis Gr. L. ſtudiis p. 62, 63. *Incohandum putat vel à Fabellis Æſopi, vel, quos præfert ob puriorem ſermonem, Luciani Dialogis. Neque nos reluctamur, ſi cui arrideat vel genius Luciani, aut verſio Fabularum Æſopi longius ſæpe recedens à verbis Græcis. Dextre de Luciano judicium tulit Doct. Pariſ.* Quin fieri poteſt, *inquit*, ut univerſum ipſius ſcripturæ genus noxium ſit ingeniis male natis, aut jam proclivibus ad Atheiſmum & nequitiem. *Ubi judicium firmius erit & maturius, poſt abſoluta rudimenta, aptius erit fortaſſe ad capiendam hominis eruditionem, & Atticam cum admiratione imbibendam eloquentiam, non minus quam Xenophontis, cujus* Κύρου παιδείαν *utiliſſimam putamus* τοῖς ἀρχαΐζουσιν, *ut & Æliani Hiſtorias, in primis de Animalibus. Ab Homero qui incipiunt tanquam à carceribus (tribus præſertim fretis argumentis, celebritate auctoris, auctoritate veterum, & amplitudine materiei, quæ exhauriat omnem Grammaticam) tirunculos, credo, quia ſimul & ſemel omnia docere volunt, aſſimulatum eunt Poëtarum Minervæ, quæ proſiliens ex capite Jovis ſimul nata erat, ſimul adulta. Si prima ratio habenda celebritatis,*

Digitized by Google

tis, puer in Græca Schola in manus ſumat Thucydidem, in Latina Tacitum, aut Virgilii Æneidem: ſi pugnandum auctoritate, alia fuit veteribus cauſſa prima ætati explicandi Homerica poëmata, ut ex Epigrammatis Græcis intelligimus, alia nobis eum errorem declinandi: nam, ut videbis ex ſecundo Colloq. Schol. *etiam magiſtri pueris dictabant lectiones ex Orationibus Demoſthenis: quæ ſunt dapes, puto, nunc temporis adultorum. Veteres aliquid de Græciſmo οἴκοθεν ſerebant, noſtri nihil, ut recte* H. Steph. Dial. de bene inſtit. Gr. L. ſtud. *Nos, ſalvo aliorum judicio, nullum incipientibus aptiorem librum inveniri poſſe remur eo, quem Henricus Stephanus edidit, cui titulus eſt:* Epiſtolia, Oratiunculæ, Dialogi breves, Poëmatia. *Sed copia nobis abeſt exemplarium: ideo ſuaſu & hortatu viri magni, ejuſdemque illuſtris eruditione Græca, in ultimum librum noſtræ Gr. addidimus VETERA COLLOQUIA SCHOLASTICA GRÆCA ET LATINA, ex Gloſſ. CL. Vulcanii. Agitur in illis de rebus quotidianis, domeſticis, Scholaſticis, morum & artium diſciplina: verſio verbum verbo reddit, pulchre diſtincta columellis, ut nihil poſſit eſſe aptius primis elementis. Colloquiis propter Dialectos, & altiores proceſſus ſubjecimus lectiones Atticas, Ionicas, Doricas in proſa: &, tandem ne quid requiratur, Poëticas. Nunc reſtat* modus interpretandi: *ubi quæritur, utrum Græca pueri interpretari debeant ſermone patrio, anne Latino. A priori ſententia ſtant Pariſienſes, duabus nixi argumentorum deſtinis: partim enim vernacula expoſitio tollit ambages peregrinas, partim ſenſum reddidit apertiorem, & magis familiarem. Poſteriorem probant plerique alii, tum quia diſcipuli fere eruditi jam ſunt elementis Romanis, tum quia matri Græiæ filia Latina recte comes datur, utpote notas referens genitivas, vocum forma & phraſium idiotiſmis in plurimis parenti ſimillimas: unde interim & ſtudium Latinitatis uſu confirmabitur. Si Latina erit futura expoſitio, rurſum quæritur, liceat ne Græca reddere ineptis vel etiam fictis barbariſque vocabulis. Concedere aliquatenus videtur H. Steph. Dial. de bene inſtit. Gr. L. ſtud. p. 49.* Initio quidem *inquit*, interpretationem adferat, quæ, quoad ejus fieri poteſt, verbum verbo reddat, vel cum aliquo inſolenter, aut inepto, aut etiam barbare loquendi periculo, dum quædam Latina, quæ Græcis vel omnino vel aliqua ſaltem ex parte reſpondeant, ab eo fingantur. Ideoque ἐμφαινομένην vel ἐπιφαινομένην αὐτοῖς ὁμοιότητα minime dubitet initio vertere, INAPPARENTEM IPSIS SIMILITUDINEM: addens, *ſi ita loqui liceret:* Sed poſtea admoneat dictū eſſe pro &c. Συμπεριφέροντες *vertit CONCIRCUMFERENTES: ego malim dictare VNA CIRCUMFERENTES, ita ut viva voce ſubnectam hanc emolliendi formulam,* quaſi τὸ Συμπεριφέροντες barbare reddideris CONCIRCUMFERENTES. *Quod ſi in Coll. Vet. Lat. duriora quædam reformides: jubemus te ſine cura eſſe, & explicare vernacule, quod tibi auctor eſt Doctor Par. Sin animus eſt obtemperare Stephano, nihil erit quod metuas, verbi cauſſa, p. 329, ὧν ἐβασίλευον vertere* quorum regnabat: *dummodo admoneatur Græciſmum eſſe, quem nec*

Appu-

Appulejus nec Horatius reſpuiſſent, quo frequentior Latiniſmus, quibus imperabat. *Legitur p:* 327. *ult. c.* Nomini detur numerus, unalis, uno. *Quid periculi, ſi continenti ſpiritu adjeceris, quod nos uncis incluſimus?* [*potius* uni]. *Nec temere mutamus aliquid in veteri aliquo ſcriptore: cum enim Colloq.* 11. Supra ſponda *legatur in editione Vulcanii, ego imprimendum curavi* ſupra ſponda[m], *ut & Magiſter videat, quomodo olim ſcriptum ſit, & puer quomodo ſit Latine loquendum. Talia quoque* congi[u]s *pro* congis, mon[e]ntur *pro* monuntur, *& ſimilia quædam. Interim & multi multa per inſcitiam forte damnent in horum Colloquiorum auctoribus; etſi enim circa vel poſt tempora Juſtiniani, cum jam Latinitas multum ab ævo Auguſteo degeneraſſet: multa tamen ut veſtigia oſtendunt ſibi impreſſa priſcorum rituum, ita antiquam redolent Latii dictionem, ut in explicatione illorum demonſtrabitur. Si legis ibi vocabula, quæ in Cicerone, Livio, Nepote non inveneris: cogitabis hos auctores non complecti omnia, & Salmaſium multa ſimilia quæ forte novitatis argueres, è Gloſſariis petita cælo redonaſſe Latino. Si quædam etiam, parum uſu hodierno trita, videantur obſcuriora: ecce tibi Obſervationes paucu las, quæ hunc & præcedentes tollent, aut profecto mitigabunt ſcrupulos.*]

Orthographia immutata proceſſu temporum. Cum enim Colloquia ſcripta ſunt, more iſtius ævi exaratum ſcola, grafium (*ut in Soſipatro* ſcida, *in Gloſſis* metafraſis) *pro vetere* ſchola, graphium *è Græco* σχολή, γραφεῖον. Pro legula, perum, orciolus, acitabulum, attagina, *&c. antiquiores & meliores* ligula, pirum, urcéolus acetabulum, attagêna, *&c.* Tripedem *Latinum eſt pro Græco* tripodem. Cacabus *per unicum c malunt Latini: ſed Græci per duplex* κ, *unde in Coll.* caccabus, *& Sidon. l.* 4. Alborum calicum atque caccaborum, κακκάβων *vel* κακκαβῶν.

In Analogia terminatio & flexio variant: ſed non ſine antiquiorum omni omnino exemplo. Quædam habent o *&* on: *ut* Sapo, Sapon, *etſi rectius* ſapo: *qualia &* Plato, Platon, Laco, Lacon, *& ſimilia. Quædam* us *pro* io: *ut* diſtinctus, & ſuperfuſus, *in Coll. pro* diſtinctio, ſuperfuſio: *qualia veteribus ſexcenta,* admonitus, admonitio, conjectus *&* conjectio, *&c. Quædam* us *pro* a: *ut* merulus *&* merula: turdus, a: luſcinius, a, *docente Salm. ad Lampr. Commodum. Multa cadunt in* a *&* um: *ut* membrana, *& Coll.* 2. membranum, *quomodo veteres dixere* alimonia, -um, margarita, -um: menda, -um. *Vide Voſſ. in lib. de Anal. Multa in* us *&* um: *ut* birrus, -um; *forte etiam* diſcus, -um, *niſi Coll.* 1. diſcum *ſtatuas quarti caſus eſſe, qui conſequatur Verbum* da, *ellipſi ſuppreſſum: quomodo & paullo ante legis,* Torale. Mappam, Mantile adlatum nobis eſt. *h. e.* Cedo, da mappam. *Ac paullo poſt iterum:* Ligulam, Cul-

Digitized by Google

Cultellum, Radix, Lupini. *h. e.* da ligulam, cultellum: radix eſt, detur: lupini apponantur. *Ejuſdem farinæ*, Tabula (*ſc. tradatur*) Δέλτον, *ſc.* δός. *Etiam Græci habent* ος *&* ον, *ut* ἄπιος *coll: IV. pro* ἄπιον. *Similia vide p.* 53.

Poſterior ætas mutavit & genera & conjugationes: ut Holus Marinus *in Coll. & Gloſſ. Labb. pro quo nos edidimus tironum ergo* Holus marinu[m]. *Quædam nomina ex acc. Græco tertiæ declin fiunt primæ: qualia* lampas, lampada; Siren, Sirena; attagen, attagena *vel* attagina. *Med. Voſſ. p.* 89, 90. *Quædam etiam verba ſecundæ conjugationis ſunt, & tertiæ: certe ſi claſſicis ſcriptoribus probatum fuit* tèrgere & tergére, reſpóndere & reſpondêre, *non adeo mirum videbitur poſteriores revocaſſe antiquiſſima illa* túrgere (*unde in Gloſſ.* Turgit.) mónere, (*unde hodieque* monitum) *& ſimilia, pro* turgêre, monére. *Multa renaſcentur, quæ nunc cecidere, cadentque, Quæ nunc ſunt in honore vocabula, ſi volet uſus.*

Vocabula ſi uſu ſpectata velis: nonnulla ſunt mediæ & infimæ Latinitatis: qualia converſatio, ſcamellum, piperatum, juſcellatus, *& ſimilia. Quod enim elegantius è Tullio dixeris* totius diei curriculum, *è Terentio* vitæ quotidianæ conſuetudinem, *primum Coll. vocat* totius diei converſationem: *proba tamen vox eſt, quam nec Plin. l. 10. c. 37. refugit. Scabellum laudes: ſed nec ſtatim* ſcamellum *damnes. Priſc. l.* 3. Geminum, gemellum: ſcamnum, ſcammellum. *Affert autem ex Appuleio*: Infimæ ſcammellorum obice ſultæ fores. *Lipſius* ſcamellum *unico M. edidit, quod ſolum agnoſcit Barth. l. 35. Adv. c. 9. ut ſcribit Claud. Dauſq. in Orthogr. ubi etiam docet inveniri* Scabellum, Scabillum, Scamillus. Offas juſcellatas (*Græce* ψιλοπλεύρεια δι' ζωμοῦ, *ſic enim corrigendum*) *ubi legeris. p.* 337. *cogita formam quandam obtinere diminutivi ex eo, quod uſitatius dici monebis*, juſſulentas, jurulentas. *Sic juxta ſe poſita magis eluceſcent: ut ſequentia his Scholiis.*

BIRRUS *veſtis quædis, tunica, chlamys, modo vilis, modo ſumtuoſa. Papias*: Birrus à Græco fit, veſtis, amphiballus villoſus. *Dr.* βίῤῥος, βῆρος *&* βήριον.

CARDUUS, artiſjok. *Labb. Gloſſ.* κινάρες, *non* κυνάρες, *ut Steph. & Vulc. edidere.*

CAULES, *Belg.* kool / *braſsica. Plin.* 17. 24. Odit & caulem vitis, & omne olus.

CARENUM, *quia inventum a Caribus videtur, dulce vinum ex muſto, cujus una parte decocta relinquuntur duæ.*

CASULA, *inquit Papias*, veſtis cucullata, quaſi minor caſa, eo quod totum hominem tegat. *Hinc* reddere verſus ad caſulam *eſt inter eos memoriter recitandos indutum eſſe habitu caſulæ, eoque decorè uti.*

CENTRONE (*ut* ἰταλωϊζόντως *ſcribitur Coll.* 2.) ELEVATO, *pro* centone, *ſignificat idem quod*; arrepto & ſublato opere

opere Homerico, quod tractandum erat in Schola. *Centones non tantum ſunt μέρη σίχων ἄλλοθεν ἄλλα, qualis Cento nuptialis Auſonii: ſed & ποιημάτων, cujuſmodi rhapſodia Homerica. h. e. libri Iliadis & Odyſſea. Id quod Favorinus voce Κέντρων ſuſius explicatum dedit & lucidius*: Κέντρωνες, inquit, κυρίως λέγονται τὰ ἐκ διαφόρων χρειῶν συνερραμμένα εἰς ἕν, εἰς ὁμοίωσιν τοῖς τὰ Ὁμηρόκεντρα. οἱ γὰρ ἀείδοντες τὴν Ὁμήρου ποίησιν συνέρραπτον αὐτήν, οἷον τὰ εἰς ἓν ὕφος ᾀδόμενα. *Ac ſequentibus docens, rhapſodos dictos, qui conſarcinaſſent poëmata Homeri, olim diſperſa, addit denique*; τὸ δὲ ὑφαντὸν ῥάψεως [illegible] [illegible] [illegible] οἱ κέντρωνες, τουτέστι. τὰ λεγόμενα Ὁμηρόκεντρα.

CEROMATE EXERCERI *eſt luctari in palaſtra. Plin l.* 35. iidem paleſtras athletarum imaginibus, & ceromata ſua exornant. *Sed cerôma proprie eſt, quod fit ex cera vel oleo, & terra: ut eo palaſtrita ungantur.*

CONCHA *vas, quo manus vel pedes lavantur. Vetus interpres Juven.* Pelves, conchas, quibus pedes lavant, velut fictilia vaſa, ποδόνιπτρα.

COPADIA, fruſta, λέπη τοῦ κόπτω.

DISTINCTUS *duo denotat. Primo diſtinctam pronunciationem, ut p.* 319. *c.* 2. in ordine reddant ad diſtinctum, *Græcè* κατὰ διασολήν, *h. e. accurate, diſtincte pronunciant, tonum vocis varsantes. Confirmat hanc expoſitionem Suida locus egregius*: Διασολή, διαχώρησις, ἐξοχή. οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἰ φιλολογώτεροι ἐξηγούμεθα τὰ κατὰ τὸ Σικτίωνα, καὶ παντὸ ῥηθὲν ὑπ᾽ αὐτοῦ μετὰ διαστολῆς ἐξαγγέλλομεν. *Secundo diverſitatem ordinum, vel claſſium, p.* 325. *Ubi* verſus ad numerum & diſtinctum reddo *idem valet ac*, reddo numerum verſuum præſcriptum in mea claſſe, κατὰ ἀριθμὸν καὶ τάξιν.

ΕΚΕΙΝΟΣ & ΑΥΤΟΣ, ILLE & IPSE, *perdeleganter uſurpantur ut dignitatis nomina: quibus diſcipuli præceptores, ſervi dominos, & paraſiti reges ſuos appellabant. Vid. Caſaub. ad Theoph. Char p.* 120. 121.

ΘΡΟΝΟΣ *erat ſedes honeſtior & ſublimior: ſed* δίφρος *genus vilioris ſella.*

FASILIA, *p.* 321. *veteribus* faſeoli *vel* phaſeoli, *genus vel* dolichi, *h. e. fabarum, piſorum.*

FICATUM TENERUM, *jecur delicatum. Salm. Exercit. Plin. Quod Coll. Scriptor vocat* συκωτὸν τρυφερόν, *Euſtathio dicitur* συκωτόν. *An ſic dictum hepar quod multa ficu olim farciretur, an verò potius, quia ſues & anſeres ficis paſcerentur?* Ἔξεστι δ᾽ εἰπεῖν, ἧπαρ σεσυκωμένον, ἧπαρ συῶν σεσυκοτροφηκότων, ἢ χηνῶν ἥπατα. *Poll. l.* 6. *c.* 9.

ΓΑΔΙΚΡΕΑΣ, GLANDULAS, *h. e. carnem in ſue glanduloſam Plaut. Menæchm.* Obſonarier glandulam ſuillam, om een kinnebaks hammetje te merkt gaen. Γαλίκρεως, (*quæ mea conjectura erit, cum vox* nuſquam

nuſquam alibi mihi occurrerit) forte à parvitate glandularum, dictum, ut γαλεάγκων, *à brevitate brachii. Ut enim* κρέας caro: *ita* γαλῆ *Heſychio* γαλεός, muſtellus, *piſcis genus cartilagineum, nec ita magnum. Cartilaginis autem & glandularum aliquam eſſe ſimilitudinem, nemo ibit infitias.*

HOLUS MARINUM. crambe *Plinio, in Gloſſ. & Coll.* θαλασσοκράμβη. *Belgis* Zeewinde / *Gallis* Sautenelle.

ΛΑΜΠΑΣ, *facula, quam nocturni viatores accendebant.*

LEGULA, *vel ut Vulc. legit*, ligula *eſt menſura, qua liquores haurimus, continens duo cochlearia. Vide H. Steph. in* μύστρον. *Unde Ælfricus barbare:* Legula, vel Coclea.

ΛΩ'ΒΙΑ, Lobia. *Legendum* λόβια, *o brevi. Favorinus:* Λόβαι, χεῖρες, καὶ λόβιον τὸ ἄκρον τοῦ ἥπατος. *Et paullo post:* Παρὰ δὲ τοῖς μεθ' Ὅμηρον, καὶ μέρος ἥπατος ὁ λοβός. *Atque iterum:* Λοβὸς ὁ μεταξὺ τῆς πιμελῆς νεφρός, ἢ τὰ ἄκρα τῶν ὤτων, καὶ τοῦ ἥπατος, καὶ τὰ ἄκρα πάντα. *Itaque* λοβοὶ *&* lobia *ſunt partes hepatis, vel etiam renes, cum adipe qui adhæreſcit.*

MEMBRANA, & ΣΩΜΑ'ΤΙΟΝ, *eſt totum corpus pellium, in quibus ſcribebatur. Heſych.* Ἰλιὰς, τὸ Ὁμήρου σωμάτιον, *h. e.* Ilias, Homeri membrana. *Mart. ſic vocat omnia Ciceronis opera:* Si comes iſta tibi fuerit membrana, putato Carpere te longas cum Cicerone vias.

MISSISULÆ, ΜΙΣΤΥ'ΛΗ, *panis partes in formam cochlearis excavata, in pulmentum vel jus hauriendum immiſſa: quem edendi ritum Attici vocant* μιστυλᾶσθαι. *Per Metaphoram hodie* Miſſiſulas *forte voces, etſi hunc uſum non præbeant, panes illos teretes, qui noſtratibus dicti* ſaucijſe brootjes.

MODIUS, ΧΟΙ'ΝΙΞ. *Pollux docet medimnum capere Chœnices XLVIII Cum ergo modius ſit ſexta pars medimni, continebit VIII chœnices. Quomodo igitur modius reſpondebit uni chœnici? Notandum itaque vocem modii non ſemper ſtricte ſumi, ſed etiam* συνεκδοχικῶς pro quavis menſura & aridorum, & liquidorum, quæ ſufficiat alimentis, *ſeu illa chœnix fuerit, ſeu modius proprie dictus, ſive etiam medimnus. Gloſſæ Labbæi:* Modius, μέτρου ὄνομα. μόδιος. *C.* μέδιμνος. *O.* Χοῖνιξ. *E. Ratio diverſiſſima notionis petenda à mutatione temporum, & legum in rep. Appoſite Vetus Agrimenſor:* Sed has menſuras ad principum & Judicum votum eſſe deprehendimus. *CONGIVS vero eſt ſeſquiſtopa, ut barbare dicam, certe Delfenſis menſura: Unde SEXTARIVS erit quaſi pinta.*

ΟΡΜΙΝΟΝ, *Leg.* Ὅρμενον. *Sic enim Poll. l. 6. c. 9. & Euſt. ed. Baſ. p. 857. Iliad.* ἐλέλιχθη δέ φασιν ὅρμενος καὶ ὁ τῆς κράμβης ἀσφάραγος παρὰ Ἀττικοῖς. *vel ut p. 1302. loquitur* κράμβης

κρα-

Digitized by Google

κυΰλός, *h. e. delicatior teneriorque in braſſica caulículus, vere appetente progerminans, quomodo* Cymam. *&* οἱ δετιζους Cyma, ſpruit-kool) *explicat Plin. l.* 19. *c.* 8. *quaſi ſit* κύημα, Fetus. *Sed male* ὄρμενος *aſpero ſpiritu notatur. Euſt. p.* 1302. *Nam, Etymologo judice,* ὄρμενος *part. pro* ἐγειρόμενος, *venit à priſco* ὄρω. Μετοχικῶς *vero &* λέξις *ſubſtantiva ſcribitur, teſte ib. Euſtathio.*

PIPERATUM. *Condimentum, cui piper additum, de quo Apic. l.* 3. *c.* 14.

PRÆDUCERE, παραγράφειν, *eſt praire explicationem, illamque adſcribere verbis auctoris: ſicut* γράφειν *eſt ſcribere, ſeu ducere litteras in cerâ Ovid.* IV. *de Ponto:* Ducitur & digitis littera rara meis. Παραγραφὴ *certe eſt ſcholium, explicatio, ejuſque ſignum apud Iſocr.* Ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς ἀνάγνωθι τὰ περὶ ἡγεμονίας.

PROSCHOLIUM *erat locus ante auditorium, à quo diſſeptus erat velo interjecto; hic pueri conveniebant præfectum iſtius loci, qui vocabatur* Próſcholus, *ut admonerentur officii, antequam ad Magiſtrum accederent. Proſcholus iſte, ſubdoctor Auſonio, præfectus erat moribus, vel etiam lectiones præſcriptas excipiebat. S. Auguſt. de Verb. Apoſt. Serm.* 19. *c.* 7. Tam pauper, ut proſcholos eſſet Grammatici apud Mediolanum.

RAPATUM. *Quid hoc? utrum edulium quoddam eſt, ex rapis & aliis; an vero placenta genus rotundum, raparum tantum figurâ ſimile? Certe* γογγύλη *(pro quo heic* γογγυλωτὸν *videtur poſitum, ea forma & terminatione, qua* συκωτόν *apud Euſt.) Suida eſt* μάζα στρογγύλη, *exponenti illud initio Pacis Ariſtoph.* ὥσπερ γυναικὶ γογγύλην μεμαγμένην.

SABANA *ſunt mappæ; barbaris* manutergia, facitergia. *Gloſſ. Labb.* Σάβανον, Lencium. *Corrupte pro* linteum, *vel* lintium. *Papias:* Σάβανον, Lavamentum, *pro quo vir doctus reſtituit* linteamentum. *Sed* Lavamentum *retinendum exiſtimem: quia lavantes utebantur in balneis; ut docet* 1. *Coll.*

SAPAM appellabant, quod de muſto ad mediam partem decoxerant, *ut vult Nonius; vel, ut Plin. l.* 23. donec tertia pars ſuperſit.

SARDINÆ, *aliis* Sardiniæ; *Belg.* Ans Jobis. *Col. l.* 8. *c.* 17. Sardiniam putrem *vocat piſcis genus ad ſalituras utile.*

SUBSCRIPTIO *eſt additio, ſubnotatio dictatorum. Id ſonat Quinctiliano ſubſcribere l.* 12. *c.* 8. Nec tanta ſit actura memoriæ fiduciâ, ut ſubſcribere audita pigeat. *Unde illud,* ſubſcriptionem eorum ubi peregeram, *valet: abſoluta adſcriptione eorum, quæ tabula continebantur; verſuum ſc. & metaphraſeos. Vide Coll.* 2.

TITVLVS. *Quid ſibi p. 327, vult illud?* ſteterunt ad titulum. *Pulpitum putem intelligi, ante quod pueri ſtabant reddentes lectionem: quia in illius tabulis imagines pictæ, laudes & tituli forte adſcripti magnorum virorum, in primis doctrinâ celebrium, Homeri, Demoſthenis vel aliorum, ad incitandos ſcilicet Scholaſticos ſtudio æmulationis. Nam* πίναξ, titulus, *ut in illa voce Favorinus docet, eſt* σανὶς ἐζωγραφημένη. *Ubi paullo ſuperius:* Πίνακες, τὰ ἀγγεῖα, ἐν οἷς ἱστόρηνται καὶ αἱ διαγραφαὶ ἐικόνες.

PERTINENTIBVS advenit hora, *h. e. nobis cunctantibus, pertinaciter manentibus in Schola. Græce enim redditur* μενόντων, *ſc.* ἡμῶν. *Gloſſa Labbæi:* Μέλλω. Poſtero Cunctor, ans. *Ceterum eadem conſtructio, abjecto ſubſtantivo vel pronomine p.* 320: Tunc cucurri jam venientibus ad balneum. *Juſt. l.* 2. *c.* 3. *tm.* 16.

UNCTUM *ponitur pro adipe, unguine: ut* ſalſum *pro* ſalſamento. *Galbertus, qui vixit* XII. *ſeculo, in vita Galberti Comitis:* Ignem, pice, & uncto veteri & cera levius ardentem machinæ injecerunt.

In Syntaxi poſtremo quæ perperam multis dicta videantur, ſane ſunt, vel elegantur, aut antique dicta. P. 319. Puer meus da mihi tabulam, *Helleniſmus eſt venuſtus Latinis frequens, pro* mi puer. *Liv. l.* 1. Audi populus Romanus. *Plaut. Aſin.* 3, 3. Da meus ocellus, da mea roſa, mi animæ. *Auguſt. Medit c.* 7. Quid Rex meus & Deus meus, quid retribuam tibi pro omnibus, quæ retribuiſti mihi? *Helleniſmo etiam Latini, quo ubique fere linguam exornant, utuntur in caſu præpoſitionum.* Allata eſt aqua ad faciem in orciolum, *vel* in urceolum, *nullo modo vitioſum eſt: etſi infruniti & ſemidocti homines, ſi cum Gellio & Gebhardo loqui licet, corrigere velint* in urceolo. *Plaut.* Numero mihi in mentem eſt. *Id.* in luſtra jacere. *Ter. Eun.* Eſſe in honorem. Soloeciſmum eſſe putat vulgus ſemidoctum, *ait Gellius l.* 1, ſed ratione dictum certa & proba. *Quem quis ſecutus (ut Plinius dixit caſu ſexto* in Neâ, in Neapoli, *ac ſimilia) tolerandum putet etiam p.* 328. hoſpitatus in regno Menelai in Lacedæmonem, εἰς Λακεδαίμονα, *ad incipientes enim hic interpres verbum verbo exprimit (ut H. Steph. ſuaſiſſe vidimus) & caſum caſu. Sic Coll.* IV. Πόσου ἰχθύας; quanti piſces? *ſc.* πιπράσκεις, *vendis: ubi reſponſum* δηναρίων δέκα, *vertitur* denariorum decem. *ſic & imitatione Græca Varro apud Gell. ex MSS. l.* 15. *c.* 19: Te qui norunt, nemo centuſſis, *h. e. nemo ære centuſſis te vult emere: quomodo rectiſſime ὁ πάνυ Gronovius de Pecun. Vet. p.* 85, 86. *Adde Navium apud Cic.* 2. *de Orat.* Quanti addictus? mille nummûm. *Ex his atque id genus aliis mihi fit planum Latina Colloquia non eſſe niſi verſionem Græcorum. Neque enim ablativi abſoluti, quos leges p.* 320. 324. *ſunt Latinorum proprii: ut docemus Annot. ad Reg.* VI *Syntaxeos. Nec* ἂν *&* ἐάν *cum indicativo atro carbone notanda p.* 332. & 336. *Dixit quippe Ariſt.* 2. *Rhet.* ἐὰν χρήσιν. *Thuc. l.* 1. ἂν ἐβουλήθησαν, *pro* ἂν βουληθῶσι *vel* βουληθεῖεν, *ſecundum c.* 9. *Synt.*

Si

Si inſolens eſt ἀσύντακτον ὑποκρίσεως, videndum num legendum ſit ὑποκρίνεσθαι: quæ metatheſi manus librarii facile admodum peccare potuit. Si p. 329. inventi πόλιν ἴλιον ἐκπλεῦσαι, cogitandum & in proſa hiſtoricos nonnunquam, præſertim hiſtoriam poëticam referentes, præverbia ſupprimere more Poëtico. Ut hic præpoſitionis: ita verbi ellipſis 320. in iſto: ἦν γὰρ, erat enim, *h. e.* ἐξῆν γὰρ. ἰέναι, *licebat enim ire in balneum hac hora permiſſu Magiſtri. Hoc veſperi proloquutum eſſe puerum, cum referret quid in converſatione totius diei actum eſſet, ſcribit auctor Coll. Sic eod. Coll.* Poſtquam biberam, menſa anteponatur. *h. e. poſtquam biberam, DIXI, ponite hic nobis, & inſtruite menſam: Nam ſine ellipſi præſens tempus* anteponatur *exigat* biberim, *quam quidem tranſlationem etiam patitur Græcum* πιεῖν. *Alia ὑπόνοια in iſtis p. 338. quæ ſequuntur.*

Σκληρόν ἐστιν, durum eſt. *Videtur quidem ſcribendum fuiſſe* σκληρός ἐστι, *quia anteceſſit acc.* κλίνην, *& Latine* durus eſt, *quia de lecto facta mentio: Sed utrobique intelligitur illud, quod primo Coll. legitur,* Στρωτόν, Stratum.

Ἐπειδὴ, nimirum. *Senſus eſt: Quoniam neceſſaria quædam tarde* fecimus. *(hoc enim verbum emiſſum ſupplendum de Græco ἐπειδὴ ἐποιήσαμεν) ideo à te rurſus male audimus, o here. Ellipſis iſta vel ἀποσιώπησις convenit ſtomachanti. Plura ſunt, quæ in hoſce Dialogos commentemur: ſed iſta nunc promulſis ſuffecerit.*

Ut autem hactenus vidimus interpretationem primis rudimentis conſentaneam: ſic provectiores, quibus major ingenii cultus capeſſendus, ſi quid exponent Latine, nulla niſi politiſſima verſione utentur, qualis ex. gr. Herodiani, quam Politianus; aut Heſiodi, quam dedit Gravius. Sic veram vim linguæ cum voluptate paullatim ſentire incipient, ad ejuſque intelligentiam conſequendam multo lubentius elaborabunt, quia infirmioribus τὸ ῥᾷον arridet, ceteris τὸ φιλόκαλον.

β. Sed ut concoctio cibi omnia vertit in ſuccum & ſanguinem, ita quoque examen accuratum. In examine ipſo excutiantur generalia *Gramm. fundamenta quatuor librorum priorum, atque etiam ſexti de Syntaxi, ſi fuerit olim mandata memoriæ. Ex veteri conſuetudine voces flectendi, ac formandi tempora haut difficulter pueri interrogati indicare poterunt, nominativum puta ſingularem, Thema verbi analogi per Quæſt. 1. c. 2. l. 5. Et reliqua. Conſtructiones item attente conſiderare adſuefaciendi, & quam cum hac vel illa conſtructione ſignificationem habeat iſtud verbum. Sed ut tiro majores faciat progreſſus, promtius reſpondeat, & memoria ſubſidium habeat firmiſſimum, ſi quid ediſcendum ſit de obſervationibus inter prima quondam elementa omiſſis, examen etiam requirit præparationem. Pridie igitur examinis præceptor oſtendet regulas ſpeciales quaſdam prætermiſſas. Exemplo ſit ex primo Colloquio verbum ἀνέτειλον. Hoc monebit primo poni pro ἀνέτειλα, ſimul auditores jubens annotare Quæſt. 8. c. 3. l. 1. cujus reſponſum memoriæ mandandum, ut reddant poſtridie coram præceptore:*

re: & quotieſcumque ſimile N *occurrit, illa regula repetenda, donec nemo haſitet. Deinde* ἀνέτειλας, ας, ε, *cum ſit aor.* 1, *ex præſcripto p.* 194, 195. *docebit* α *mutato in* ω, & *abjecto augmento* E, *deduci a fut.* 1. ἀνατελῶ, *non* ἀνατειλῶ, *quia* ει *Futuri aoriſtus* 1. *mutat in* ε, *per Q.* 4. *c.* 8. *l.* 3. *ubi plura ejuſmodi exempla. Tertio quia ad originem adſcendendum, dicet* ἀνατελῶ *poni pro inuſitato* ἀνατέλζω *per Q.* 4. *p.* 90. *Thema igitur eſſe* ἀνατέλλω. *Quarto addet augmentum ſyllabicum* ε, ἀνέτελλον, ἀνέτειλα *poni in medio per n.* II. *Exceptionis tertiæ p.* 81. *Quinto addet cauſſam, propter quam ultima vocalis præpoſitionis pereat per R.* 2. *p.* 221. *Cum poſtea ſequitur* ἀνατέλλει, *aperiet rationem inveſtigationis, & derivationis a pr. med.* ἀνατέταλκα *ex R.* VIII. *p.*217, & *ſimul dabit annotandam* Q. 4. *p.* 117. *ut reſpondere queant, quare* ο *ſit in pr. med. cum fut.* 2. *habeat* ε *vel* α. *Sic ex una ſententia, vel dimidiata initio ſic excuſſa quotidie plus fructuum redundabit ad diſcentes, quam ſi principio decem fuiſſent ab illis expoſita & perfunctorie examinata.*

Quod ſi aliquis arbitretur plus operis deproperatum iri, ſi quædam de ſpecialibus, una cum univerſalibus fundamentis præmittantur analyſi ſcriptorum, apud ſuperiores, per me licet ſuo voto fruatur. Certè Anomalorum inveſtigatio appoſitiſſime conſociabitur cum expoſitione, quod genus ἔσχηκας, *quod legitur Pag.* 317. *heic enim commode ediſcendus dabitur numerus* 2. *Reg.*VIII. *p.* 202, 203, *vel ſolus, vel cum aliis exemplis duorum Synonym. Par ratio in* συμπαρέλαβον *p.* 318. *comparatâ cum p.* 198. & *primo aſteriſco p.* 199. *Atque ita in ceteris.*

Accentuum vero ratio hodierna ſi quos ita ſollicitos habet, ut putent cum nominum & verborum inflexionibus eam non obiter & perfunctorie, ſed quam fieri poteſt diligentiſſime & accuratiſſime perdiſcendam eſſe: *Sic velim exiſtiment. H. Steph. p.* 252. Dial. de bene Inſtit. Gr. L. ſtudiis, *juſſe in alia omnia, iſtoſque accentus reſervaſſe ad tempus prælegendi auctoris, & contrariam tuliſſe rogationem. cum jubet* multo minus regulis de accentibus, *quam diverſis ſc. ſignificationibus,* memoriam onerandam eſſe, præterquam pauciſſimis, quæ præcipuæ ſunt. *Nos quidem ut conſuetudini morem gereremus, quæ neceſſitatem docendi urget, in eorum gratiam, qui docte pingere ſtudent aut neceſſe habent, Regularum, quarum immenſa apud alios copia, turbam amplexi ſumus XVI Quæſt. p.*279. & *ſeqq. In uſum vero vivæ vocis in declinando & conjugando viva voce, ſi qui ab more corrupta & inveterata pronunciationis avelli ſeſe iniquo patiantur animo, quinque vel ſex ſuffecerint QQ. Sed (ut cum bona venia eruditiorum ingenue dicam id quod ſentiendum ſit) nulli melius conſulunt tenellis ingeniis, quam qui ſicuti in flectendis nominibus & verbis Græcis obſervari volunt nativas ſonorum in pronunciando quantitates, quia in hunc finem olim unicum accentus adhibiti multa ſecula: ita nullos in ſcribendo apices à tironibus exprimi permittunt, idque tanto lubentius, quanto verius eſt veterrimos quoſque, optimos & locupletiſſimos numquam vel minimis iſtarum phalerarum remoris ſtylum retardaſſe. Nemo rectius, clarius & ſolidius hoc myſterium aperit, quam viri magni toto orbe clariſſimi, ex quorum numero*

ro Iſ. Voſſius. Joh Georg. Gravius, aliique. In litteris CL. Gravius ad me datis poſtridie Kal. Nov. CIↃ IↃC XXCII. demonſtrat accentus eſſe commentum Grammaticorum poſteriorum, præfatus, veteres Græcos nullis uſos eſſe accentibus in ſcribendo, ut antiquiſſima monumenta teſtantur & Inſcriptiones Veteres. Nec in pronunciando, inquit, ſecuti ſunt veteres noſtri temporis depravatiſſimam conſuetudinem, ſecundum quam nunc dicimus ἄνθρωπος, perinde ac ſi ſcriberetur ἀνθρῶπος, & mille talia. Sic ὑλομέλην ſecunda ante ultimam efferunt producte propter accentum, & contra ἦν in ἦμαι breviter, cum tamen ipſa verſuum dimenſio & natura vocalium declaret, quomodo illas ſyllabas Græci pronunciarint. Non aliter enim in ligata, aliter in oratione ſoluta extulerunt. Ex hac vitioſa pronunciatione multa quoque in Latina lingua corrupte enunciant: ut cum dicunt etymología, philoſophía, proſodía, metamórphoſis, contra genium linguæ, & recte loquentium uſum. *Ut dicamus explicatius, pro conditione diverſorum temporum triplex conſiderandus uſus accentuum. Antiquiſſimis enim temporibus* non Grammaticorum, ſed vero Muſicorum fuiſſe officium, notas ſeu diagrammata proſodica, unde cantus cognoſceretur, appingere poëmatis *ſollerter docuit Vir. Nob. Iſ. Voſſius Tractatu eruditiſſimo* de Poëmatum Cantu, *&c. Deinde* Grammatici, *ex quorum numero primus Ariſtophanes, ut vir ſummus ait,* accentus Muſicos ſuis uſibus accommodarunt, ad declaranda tempora & ſyllabarum quantitatem, ac juventutem in arte Metrica erudiendam: qui uſus octo, novem ſecula obtinuit a temporibus fere Ptolemæi Philopatoris uſque ad temgora Antonini & Commodi. *Nec tamen exiſtimandum ſimilem, ac nunc paſſim recepta eſt, olim quoque fuiſſe accentuum rationem. Qui enim cantus aut lectio ſubſiſtere poſſit, ſi quis Homericos verſus, ita ac vulgo fit, pronuntiet?*

Ἠέλιος δ' ἀνόρουσε λιπὼν περικαλλέα λίμνην Οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον, ἵν' ἀθανάτοισι φαείνῃ Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσιν ἐπὶ ζείδωρον ἄρουραν.

Longe aliter veteres: ſic nempe illi accentus digerebant.

Ἠελιος δ' ανορῦσε λιπων περικαλλέα λίμνην
Οὐρανον ες πολυχαλκον. ἵν' αθανατοῖσι φαείνῃ
Καὶ θνητοῖσι βροτοῖσι ἐπὶ ζειδῶρον ἀρῦραν.

Vera eſſe, quæ aſſirmo, inquit Voß. libenter agnoſcetis, qui veterum Grammaticorum Dionyſii Thracis, Apollonii, Alexandrini, Ælii Dionyſii Halicarnaſſenſis, Ariſtarchi Junioris, & aliorum quæ ſuperſunt, ſcripta & fragmenta evolvat. Sed & ex iis, qui omnium manibus teruntur, compilatore videlicet Etymologici magni & Euſtathio idem obſervare eſt, utpote qui non uno loco teſtentur, in antiquis exemplaribus & præceptis veterum Grammaticorum longe diverſam occurrere accentuum rationem ab ea, quæ poſtmodum placuit: in iis enim monent non ſcriptum fuiſſe θύμον, ἔρημον τρόπαιον, *ſed* θυμὸν, ἐρῆμον, τροπαῖον. *Item non* ταχύτης ταχύτητος, *&* βραδύτης, βραδύτητος, *ſed* ταχυτὴς, ταχυτῆτος, βραδυτὴς, βραδυτῆτος *& ſic in ceteris omnibus, ita ut accentus vera & naturali ſyllabarum ſemper conveniret menſura. Tertio tandem, ceſſante & penitus collapſa veteri pronunciatione, alia prorſus extorta accentuum ratio, ut altitudo & depreſſio toni ſeparari cæperit à genuino ſyllabarum modulo, multoque pluribus quam olim ſcripturam apicibus*

Digitized by Google

oneraverint : id quod duplex malum fuit. Hæc tempora cum aliqui non diſtinguerent, graviter lapſi ſunt putantes accentus hodiernos linguam ejuſque pronuntiationem in avito ſuavitatis ſplendore conſervaſſe, digni qui ſe refutent ipſi, cum profiteantur veræ pronunciationis ad nos ſimulacrum tantum perveniſſe quoddam: ut eandem hæ notæ re vera mira quadam arte & monſtroſitate deturparint. Differentiæ cauſſa inventi ſunt primo, laborque laudetur ſive Cyrilli, ſive Philoponi, ſignificationes accentibus diſcriminantis: multæ ſunt voces, quæ, quamvis ambiguæ, melius ſæpe vel quantitate diſtinguuntur, vel ex ſenſu & materia ſubjecta, ut apud Latinos: multa ſunt, in quibus ipſi diſcrepent Grammaticorum filii.

Quam enim *recens ſit, inquit idem Voſſius, uſus apponendi iſtiuſmodi accentus quibuſlibet ſcripturis*, hoc ſatis declarat, quod in nullis marmoribus, nullis numiſmatis, nullis denique codicibus, qui quidem mille aut nongentis annis antiquiores ſunt, virgulæ aut apices ulli compareant. *Eadem ſententia Claudes Dauſq. de Orthograph. p. 143. vol. 1. His ergo argumentis perſuaſus accentus detraxi lectionibus Poëticis l. ult. partim ut diſcipuli, quibus traditur harum notularum diſciplina à ſuis doctoribus, materiem offunderent appingendi illas: partim ut alii, qui magnorum virorum ſequi non dubitant auctoritatem, in legendo metri rationem obſervare diſcerent.* Veteres *enim* pronunciabant quidem accentus, *nempe veros*, ſed non ſcribebant, *inquit angelus Caninius. In tabulis vero Paradigmatum, ne quis indignaretur tam bellas & deauratas bullas à nobis eſſe projectas, accentus adſcribi mandavimus: ſed nulla tironibus erit in nobis mora, ſi, quaſi non eſſent ſcripta, jubeantur iſtas notas pro nihilo putare, & projerre ſicut Latina quondam Paradigmata. Ita via commodior, via certior munita ad linguæ ſuaviſſimæ cognitionem conſequendam: quia qui ἀκριβεστέρως urgent & ad ravim uſque inculcant omnes horum apicum canones, facilem per ſe flexionis & compoſitionis modum, de qua mox agendum, reddunt difficillimum. Vide & Annot. p. 21, 22.*

γ. Nunc ſecundi hujus curriculi tertius reſtat agon, ſtyli exercitium: id quod triplex eſſe poſſit. Principio rudiores, qui numquam Græce ſcripſerunt, doceantur breviculas vertere ſententias ſecundum ſingulos canones Syntacticos. Materiam ſuppeditabunt modo ipſa Syntaxeos exempla; *modo Colloquia.* Ὑπόδειγμα *iſtius rei ſit prima Regula de Adject. & Subſt. cujus exempla,* ἀγαπῶν με διατέλει, *&c. Hinc variatis numeris, generibus, perſonis, temporibus, & ſic deinceps, præſcribatur illud Latinum,* Filii perſeverant amare patrem, *Græce vertendum,* τὸν πατέρα υἱοὶ ἀγαπῶντες διατελοῦσι. Matrem filia amare perſeveravit & perſeverabit, τὴν μητέρα ἡ θυγάτηρ ἀγαπῶσα διετέλεσε, καὶ διατελέσει. *Sic pariter in formatione caſuum & temporum fient expeditiores. Eodem plane modo, cum didicerint illud Platonicum,* συνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν, *vel* σοφῷ ὄντι, *hæc Græce transferantur,* Regina ſibi conſcia eſt ſe eſſe ſapientem, Ἡ βασίλισσα συνοίδεν ἑαυτῇ

σοφὴ

σοφοὶ εἶναι. *vel* ἑαυτῷ συνοίδε σοφῷ ὄντι. Pauci viri ſibi conſcii ſunt ſe eſſe ſapientes, Οὐδεὶς ὀλίγοι (*vel* τῶν ἀνδρῶν ὀλίγοι) ἑαυτοῖς συνοίδασι σοφοὶ ὄντες. *Atqui ſingularum partium exempla cum non ſint adſcripta, materia quoque, ne penuriâ vocum laboretur, peti poteſt à Colloquiis, ex. gr. in primo illorum legitur,* ἥλιος ἀνατέλλει. *Ut adaptes primæ regulæ, dictabis* ſol incipit oriri. *quod reddendum,* ὁ ἥλιος ἀνατέλλειν ἄρχεται), *pro* ἀνατέλλει. *Ex illo,* ἠὼς φωτίζει, *formabis,* Aurora lucere ſe gaudet, ἠὼς φωτίζουσα χαίρει. Stellæ deſinunt lucere, οἱ ἀστέρες λήγουσι φωτίζοντες. *Si norma compoſitionis ſecundus erit Canon, ſic dices,* aſtra omnia lucent, τὰ ἄστρα πάντα φωτίζει. Pueri mane ſurgunt, οἱ παῖδες πρωῒ ἐγείρει) *pro* ἐγείρονται). *Atque id genus alia.*

Ubi ſemel atque iterum ſic decurſum erit ſtadium Syntacticum (quia non uſque ſuffecerit ſententiolas quaſdam ſive ex vernaculis, ſive Latinis Græcas facere; cum ſint & integri dictionis orbes tornandi) modo hanc, modo illam auctoris alicujus periodum, paucis mutatis, interdum etiam paucis adjectis, ad aliud atque aliud accommodare diſcipuli ſunt conſuefaciendi: Id quod ſalutare conſilium Schori fuit, & H. Stephani. Cum apud Baſilium (cujus excerpta vides p. mihi 338, 339.) legatur, Ἡμεῖς, ὦ παῖδες, οὐδὲν εἶναι χρῆμα παντάπασι τὸν ἀνθρώπινον βίον τοῦτον ὑπολαμβάνομεν, *&c. hinc excerpo iſtiuſmodi thema vel epiſtolium.*

Totus ſanctorum prophetarum cœtus, mi fili, nihili (*q. d. nullam rem*) omnino eſſe humanæ vitæ voluptates & honores ſemper exiſtimavit, neque bonas putavit neque nominavit, quia hominibus nullam utilitatem ſubminiſtrant, pertinentem ad vitam futuram poſt mortem.

Deinde diſcipulum hæc ita ex Baſilio mutatis mutandis interpretari doceo:

Πᾶς δὲ ὁ τῶν ἁγίων προφητῶν χορὸς, ὦ παῖ, οὐδὲν εἶναι χρῆμα παντάπασι τὰς τοῦ ἀνθρωπίνου βίου τὰς ἡδονὰς καὶ τιμὰς ἀεὶ ὑπέλαβεν, οὔτ' ἀγαθάς ἐνόμισεν, οὔτ' ὠνόμασεν, ἐπειδὴ μηδεμίαν ἀνθρώποις συντέλειαν παρέχουσι) ἄχρι τῆς ζωῆς τῆς μετὰ θάνατον μελλούσης ἥκουσαν. *Ex ſequentibus Baſilii verbis & illa ſubjiciantur*, Si ergo & meo mandato, & illorum conſilio ſapientiſſimo obediveris, non majorum nobilitas, non robur corporis tui, non magnitudo, non regnum totius mundi, voto dignum à te judicabitur, nec poſſidentes a te nimium ſuſpicientur: ſed ad æternæ vitæ apparatum *omnia facies* nocte dieque, ſpe tua longius extendenda (*Præceptor moneat hoc vertendum quaſi legatur* procedente, itura). Fac illuc, ſi te amas, & vale. *Hic igitur Adjectiva activa commutata in paſſivam, & verbo in participium, auditor aliunde paucula admiſcens, ſic omnia auctoris laudatiſſimi ſua faciet, hunc in modum efferens:*

Ἐὰν δὴ χαρίζῃ τῷ τ' ἐπιτάγματι τοῦ ἐμοῦ, καὶ τῇ ἐκείνων βουλῇ τῇ σοφωτάτῃ ὑπακούσῃς, οὐ μὴν προγόνων ἡ περιφάνεια, οὐκ ἰσχὺς ἡ τοῦ σώματός σου, οὐ μέγεθος, οὐ μὴν βασιλεία αὐτή οὐδὲ εὐχῆς ἀξία ὑπὸ σοῦ κριθήσεται), ἢ οἱ ἔχοντες ἄγαν περιβλεφθήσονται). ἅπαντα δὲ πρὸς τὴν βίου αἰωνίου παρασκευὴν

παρασκευὴν πράξεις νυκτός τε καὶ ἡμέρας, ἐλπίδος τῆς ἐπὶ μακρότερον προϊούσης. Ταύτῃ δὴ περίττει σεαυτὸν ἀγαπῶν, καὶ ἔρρωσο.

Denique cum ſtudioſus habitum compoſitionis iſtiuſmodi nactus erit, & ſcriptorem locupletem aut bonam ejus certe partem evolverit: jube illum ſtylo iſto aſſuetum ſuo natare cortice, jube primum epiſtolas quaſvis & hiſtorias Græcas componere: & brevi interjecto tempore Chrias, ac tandem breviores orationes, olim diligenter & Latine ſcriptas, exornare ſtylo Attico. Cujus quidem rei non unum, nec infeliciter, mei fecere periculum auditores. Sed & iſtis meditationibus diligentius poſtea vacabitur inter reliquas exercitationes.

In tertium enim, idemque ultimum ſtudii & ſtadii Grammatici tempus reſervavimus, Dialectos, Proſodiam & Poëſin, h. e. l. VII, quatuor priora capita. l. VIII, & IX. Antequam ad Poëtarum templa aſcendis, ne quid canant tuo ludibrio ignores, linguas diſce, quibus divini vates loquuntur: tuum ergo hic erit Dialectos ante cognoſcere, quas omnes in certa capita congeſſimus, ne quid opus eſſet diverſis locis tuo quærere incommodo. Antequam accedis ad Lectiones Atticas Baſilii, (vel ſi mavis, Luciani, vel alterius, quem deamas) percurre cap. I. l. VIII, inter ipſam analyſin repetiturus. Neque ad Ionicas hiſtorias Herodoti audiendas te domo proripe, quin ante perluſtraris accuratius c. 2. lib. ejuſdem: hoc enim vel paucis horis, vel certe biduo feceris. Par ratio linguæ Doricæ. Quia vero nemo Græce, h. e. eleganter ſcribit, niſi Attice ſcribat, ex Ionicis Herodoti, & Doricis Pythagoreorum, diſcat ſtudioſus facere Attica: contra, ut uſus corroboret ipſas regulas, ex Atticis & Doricis fiant Ionica.

Verbi cauſſa, p. 351. leguntur hi Ioniſmi, αἰνέω μέν νυν τόνδε τὸν νόμον. αἰνέω δὲ καὶ τόνδε, τὸ μὴ μιῆς αἰτίης εἵνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε ἄλλον Περσέων μηδένα τῶν ἑωϋτῦ οἰκετέων ἐπὶ μιῇ αἰτίῃ ἀνήκεστον πάθος ἔρδειν. *Hinc ita licebit* ἀττικίζειν, αἰνῶ μὲν δή τοι τόνδε τὸν νόμον. αἰνῶ δὲ καὶ τόνδε. τὸ μὴ μιᾶς αἰτίας ἕνεκα μήτε αὐτὸν τὸν βασιλέα μηδένα φονεύειν, μήτε τῶν ἄλλων Περσῶν ἕνα μηδένα τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ ἐπὶ μιᾷ αἰτίᾳ λύπην λυπῆσαι ἀνήκεστον. *Ex Dorica epiſtola p. 365. tuos vel ſtylo, vel voce ſic doce.*

Ἰωνίζειν καὶ Ἀττικίζειν.

Ἀπεστάλκαμεν πάντες οἱ Πλάτωνος φίλοι τοὺς περὶ Λαμίσκον τε καὶ Ποτίδαν ἀπολαμψάμενοι τὸν ἄνδρα, κατὰ τὴν περὶ σοὶ γενομένην ὁμολογίην. ὀρθῶς δὲ καὶ ποιέεις, μεμνησκόμενος κείνης τῆς σπουδῆς, ἡνίκα πάντας ἡμέας παρεκάλεες περὶ τὴν Πλάτωνος ἄφιξιν.

Ἀπεστάλκαμεν πάντες οἱ Πλάτωνος φίλοι τοὺς περὶ Λαμίσκον τε καὶ Πολίδαν, ἀποληψόμενοι τὸν ἄνδρα κατὰ τὴν περὶ σοὶ γενομένην ὁμολογίαν. ὀρθῶς δὲ καὶ ποιεῖς μεμνησκόμενος ἐκείνης τῆς σπουδῆς, ἡνίκα πάντας ἡμᾶς παρεκάλεις περὶ τὴν Πλάτωνος ἄφιξιν.

Hactenus ſeorſum vidimus rationem inclinandi voces, ſeorſum con-

conſtruendi, ſeorſum etiam modum variandi eandem linguam pro diverſitate populorum. Ut autem à ſimplicioribus, ſicut olim cœpimus, ad magis compoſita rurſus aſcendamus, cum hæc omnia ad Poëtas intelligendos ſint prærequiſita, iis præmiſſis dici non poterit, quam facilis ſit futura ars metrica: tantum enim ad intellectum ejus, (ut habet nonnulla ſui propria Latinis non communia) neceſſaria ſunt l. 7. c. 1, 2, 3, 4. & l. 8, c. 4. & 5. Licentias Poëticas, & exceptiones de ancipitibus continenti ſpiritu memoriter recitandas dare, inſania, puto, foret: ſufficit, ubi occurrunt in Poëta tractando, iis Tabulis eas vel monſtrare vel inveſtigare, ut tenacius animo in poſterum affigantur. Poſſis & ipſi forte analyſi Poëtarum, addere quantitatum regulas præcipuas.

Materiam vero carminis nos petivimus à Chriſtianis: quorum eloquentia, copia, ſuavitas, & metri majeſtas ut ex fonte fluxit infinita ſapientiæ, & veritatis: ita animas tenellas puris imbuet liquoribus. Poëta non eſt niſi Theologus: Sedibus æthereis ſpiritus ille venit. *Si tuis inſtillas Theologiam gentilem, venenum inſtillas ſcelerum, libidinum, & idololatriæ. Hoc nos Baſilius, hoc Gregorii Jambici doceant illi:* Ἃ δ' εἰς θεοὺς ἔγραψαν ἐν λόγῳ πλάσαι, Μῦθοι ἄσεμνοι, δυσπρεπῶν διδάσκαλοι, Μῦθοι γέλωτος ἄξιοι καὶ δακρύων. Τοῦθ' ὡς βρόχους τε καὶ πάγας ἀποστρέφε. *Patere, obſecro, tirones imbibere prima divinæ ſapientiæ ac veritatis principia, quæ docent, quid huic, quid futuræ vitæ conducat unice: patere, inquam, diſcentibus patere cæli januam. Ludant incipientes Jambicis, hujus vitæ mala, dolos, vitia exagitantibus, eruditionem vero, pietatem commendantibus: nam carmen Jambicum proſæ ſimilius, & magis in proclivi ſitum reliquo genere. Quod tamen negligent minime gentium. Veniet equidem paullo maturior ætas. Si Nonni Paraphraſis Euangelica, ſi Apollinaris divinum Heroicum, ſi Gregorii cæleſtiſſima Poemata arridebunt, firmabitur ante judicium, quam vera & falſa, hoſtis inſidias, & Dei veri artes atque imaginem internoſcere poterunt: veniet dies ille, cum os, ſi licet proluent fonte caballino, cum ita natabunt in flumine Homerico, Heſiodeo, aliis, ne ab illorum verticibus abſorpti pereant, ſed abjectis mercibus fraude quæſitis, cum reliquis illorum opibus ac divitiis ſalvi in litus enatent. Tum profecto valebit lex Patrum:* Ἄμφω δ' ἀνοσίους, τοὺς θεοὺς καὶ τοὺς λόγους. Θεοὺς γελοίους, καὶ λόγους ἐργασίμους Καταφρόνει μὲν τῶν φιλήδονων θεῶν, Λόγους δ' ἐρῶν, ὥσπερ ἐξ ἰοῦ φυτοῦ, Καὶ τὰς ἀκάνθας φεῦγε, καὶ ῥόδων δρέπου *Optime interim conſulet juventuti, qui ſicut in omnibus herbis ac floribus non ſeſſitat apicula, Epigrammata quædam excerpet ex veterum Anthologia. Converſa è Græcis non pauca cum reliquis politiſſimis ſuis Poematis vulgavit Petrus Francius, Poëtarum Parnaſſi decus unicum, & inluſtre præſidium. Ex iſtis Græca præcipua ſic prælegi poterunt, ut initio præceptor verba preſſius interpretetur, alia dein (ut Græcæ Poeſios cum amorem imbibat, tum* διάθεσιν*) ipſe in ſolutam orationem vertat diſcipulus. Ligatam CL. Francii ſi quis ſemper conjungat, magnum in illa capiet & animi fructum, & operæ pretium feret non parvum: ſiquidem illius viri Poematis nihil terſius, nihil ſuavius & facilius, nihil admirabilius eſſe poteſt.*

Ut

Digitized by Google

Ut autem verſus Græcos, (*quorum facultas plane in proclivi ſita & propter licentias infinitas figurarum, & Synonymorum latam ſegetem, & varietatem dialectorum jucundam, quibus ſane commodis Latinorum pauper ſermo prorſus deſtituitur*) *diſcat pueritia, eodem fere, ut ſupra in Syntacticis, ceromate ac luctæ genere exercendi erunt. A Jambicis potiſſimum verſibus & gnomicis exordiendum Stephano judice in Dialogis ſæpius laudatis. Legis p. 370, noſtra Gr. hoc Gregorii Anacreonteum*: Τί γὰρ μέγ' οὐ φρονεῖς σὺ τὸ σήμερον, &c. *Hic jubeo diſcipulum mihi Græce dicere*: Tibi, fili, recte judicanti, quæ ſunt & non ſunt, nequaquam erunt magnificum quid. *Inde cudentur hi verſiculi*; Σοὶ, τέκνον, εὖ φρονοῦντι τὰ ὄντα καὶ μὴ ὄντα Οὐδὲν τὸ λαμπρὸν ἔσται. *Vel ſenſu in contrarium converſo*: Ἐὰν μὴ ἀφρονῇς, τὰ νῦν ἐόντα πάντα. Καὶ αὖ ῥέοντα Ταπεινὰ πάντα δόξει. *quamquam alii malint ſcribere* ῥέοντα & ταπεινά. *Rurſus ex illo ſenario*, ΑΡΧΗΝ ΑΠΑΝΤΩΝ ΚΑΙ ΤΕΛΟΣ ΠΟΙΟΥ ΘΕΟΝ, *dictandum*, Deum principium, Deum finem feceris, *quod exprimendum hoc trimetro jambico*, Ἀρχὴν θεὸν, τέλος Θεὸν ποιήσεις. Principium Deus & finis ſtatuendus, Ἀρχὴ τὸ θεῖον καὶ τέλος ποιητέον. *Vel*. Deus alpha mihi ſemper & omega, τὸ θεῖον ἄλφα μοι ἀεὶ, καὶ ὠμέγα. *Interdum enim novas voces huc afferes, ut in illo*. Initium ſapientibus Deus, finiſque beatis. Ἀρχὴ σοφοῖς θεός, τέλος τ' εὐδαίμοσι. *Vel ſententiam dabis priori contrariam*, Dæmon malis principium, miſeris finis, Δαίμων κακοῖς ἀρχὴ, ταλαιπώροις τέλος. *Poſtremo & paraphraſi uteris*, Deum reveritus ordieris ab omni bono. At ſemper reveritus liberaberis ab omni malo. Δείσας Θεὸν μὲν ἄρξεαι παντὸς καλοῦ, Δείσας δ' ἀεὶ τὸ θεῖον παύσῃ παντὸς κακοῦ. *Quod & Latinis jambicis reddideris*, Deum timens exordieris à bono, Semper timens omni vacabis à malo. *Vel*, Deum timenti exordium mens ſanior: Semper timenti à quolibet quies malo. *Eadem πεῖρα in aliis quoque fiet verſibus. Ex. gr. E tribus prioribus Apollinarii Pſalmo I. hac præſcribenda materia, variatis numeris vel perſonis, modis, & quibuſdam aliis*: Beatus ut ſis in bonis ambula conſiliis. Idcirco ne tuum veſtigium impiis fige in viis, Neque in peſtium ejuſmodi perniciosis conſide ſedibus. *Unde profluent hi verſus*, Ὀλβιόδρομος ἐὰν ἀγαθὰς μετέρχεαι βουλάς. Τοὔνεκα μὴ σὸν ἴχνος δειλαῖς στήριζον ἀταρποῖς, Μηδ' ἐπὶ τῶν λοιμῶν ὀλοαῖσι καθίζεο θώκοις.

Conſilium uſque bonum ſanctumque ſequere beatus,
Semita numquam igitur pedibus calcanda ſceleſtis,
Profligatorum, neque dira ſede morandum.

Vel, Οὐδ' ἔποθ' οἱ μάκαρες βουλαῖς δολιῇσιν ἕποντο, Οὐδ' ἴχνος ἐστήριξαν ἐν στυγεροῖσι κελεύθοις, Οὐδ' ἐπὶ ταῖς καθέδραις λοιμῶν ὀλοαῖσι καθίζονται.

Fraudibus haut umquam morem geſſere beati;
Tramite peſtifero nunquam veſtigia firmant,
Aut ſolium aſcendunt ſcelerum ſublime ſedentes.

Emenſum hic vides, Lector, omne ſpatium Grammaticum: Nunc

Acro-

Accurate omnia ſunt ſuperata. In reliquo autem ſtudiorum curſu tria ſpectabis neceſſario, vel ut intelligentiam perfectam linguæ pares, vel eloquentiam, vel doctrinam & ſapientiam h. e. altam & profundam rerum cognitionem atque uſum, quæ etſi difficulter à ſe divelli poſſunt, tamen ingenia hominum vix ad omnia ſimul nata aut proclivia videntur, aut certe non æque magno feruntur impetu. Intelligentiam, quæ via eſt ad conſequendas duas reliquas facultates, parit facilitas ſtyli elegantis, & diverſitas rerum ac materiarum, quæ animum ubique feſſum recreat, & propter rerum utilitatem voces ac phraſes altius animo imprimit. Has virtutes omnes tribuunt Luciano: Nemo certe creditur magis ingenium ſterile adoleſcentium ſecundare quam mellitiſſimus iſte Sophiſta: nemo utilior etiam ad poëtas poſtea cognoſcendos, aut ſtyli prima ducenda lineamenta. Poſt hunc ſi Polyæni ſtrategemata, dein Æliani atque Herodiani Hiſtorias evolveris, ſatis aptus eris, qui percurras poſthac omne genus hiſtoricorum: Feſtis interea dubius manu verſabis Chryſoſthomi Homilias, inter quas auſpicabere rurſus facilitatis ergo ab iis, quas ſcripſit in Geneſin & Matthæum, qua ratione ſacra hiſtoria ſimul diſcetur, Stylus Atticus aletur, ejuſque & Communis vel potius Hebraicæ dialecti diſcrepantia melius cernetur. Poëtas, Oratores, Philoſophos ſi ardes cognoſcere, legendus ante omnes cum brevibus Scholiis Pater omnium Homerus: Nam ex eo fonte & eloquentiam ſuam biberunt Oratores, & magnam ſapientiæ ſuæ partem Philoſophi; tribus in Homero Rhapſodiis abſolutis magnis in eo quotidie paſſibus procedes. Nec te facile pœnitebit, quantum lucis ad omnes auctores poſtea perluſtrandos accedet ex repetitione illius, addito Euſtathii Commentario. Ita feſtis lucibus incipies lectitare Poëmata Gregorii, vel alterius Chriſtiani: qui vate cæco gravior, & veracior.

Si vero ad eloquentiam aſpirare laborabis, ejus unus artifex, ſtylus: Hic ego meum optem eſſe ſimillimum numeris & compoſitionis Iſocratis, quæ Cicero vehementer admiratur, iiſque coloribus tam diu tinxerim orationem, ut nullius umquam lectione poſſint oblitterari: Quamquam & vim diſcipuli Demoſthenis, & lacteam Platonis præceptoris ubertatem fecunditatemque in illo rationis humanæ expetivero, quæ mater inventionis robur ſuppeditat argumentationi, & affectus regit imperio. Præcepta Longini, Ariſtotelis, aliorum de hac arte, ubi cum illorum ſcriptis contuleris: facile ſenties Baſilium, in quo naturalis & genuina eloquentiæ pulchritudo ſine ulla affectationis ſpecie exſurgit, Chryſoſthomo præferendum eſſe, & Gregorium Demoſthene admirabiliorem & ſublimiorem.

Quod ſi ultimo loco doctrinarum theſauros inhias, nuſquam majores quam in Græcia. Ab origine mundi res ejus orſus eſt Græcorum T. Livius, Flavius Joſephus: hunc ordine temporum ſequitur pater hiſtoriarum Herodotus, Herodotum Diodorus Siculus, Thucydides, Xenophon, Dionyſius Halicarnaſſenſis, Polybius, Appianus, Dion. Caſſius, quibus ſi vel ſubjunxeris vel adjunxeris Plutarchum, magnam partem repetes lectorum, & uno illo horreo omne genus ſcientiarum fere reconditum invenies. Opus etiam erit Euſebio, Socrate, &

multis

multis aliis: quos nihil attinet jam omnes nominare, quia nunc hac pinguiore Minerva tantum volumus delineare. Fabularem hiſtoriam enarrabunt Mythologi, vulgati a CL. Th. Gale. Artem vero Medicinam audituro conſilia ſalutaria ſuggerent Hippocrates, Galenus, & ceteri iſtius ordinis: Jureconſulto, ut Novellas taceam, inſtitutiones Theophili, Harmenopuli, &c. Theologo & ſacra tabula Veteris Novique Fœderis, & magnum ac grave Patrum Concilium, ſeculorum ſerie diſtinguendum: ex quibus ut cana fides elucet, ſic præ Latinis eo nomine commendandi, quod ſervarint caſtius & floridius loquendi genus.

III.
CONCLUSIO.

Nunc ſi linguam Te vel Tuos diſcere poſtules florentiſſimam & copioſiſſimam: moleſtias ſtudioſis abſterſimus infinitas, ut, tempore non longinquo, labore exiguo hiſce ſacris initiati, longius nullo negotio progredi, & prudentibus adjuti conſiliis patentiſſimos Græciæ agros apium inſtar pervolitare, atque ex iis fragrantia mella in ſuum uſum ſtipare poſſint. Solum hoc opuſculum vicem præſtat trium minimum librorum: Rudimenta complectitur paucis Tabellis; Grammaticam, ſublatis Annotationibus, tenui corpuſculo; & auctores in omni lingua explicandos. Flexio, inveſtigatio decem partibus facilior quam olim: Conſtructionis fundamenta clariſſima. Proſodiæ, Accentuum, Dialectorum dumeta quam multos vidi olim pertimeſcere? papæ! quam multos ingreſſos vidi animo deficientes regredi? Nulla nunc iſtiuſmodi hic horrent ſenticeta; omnia iſta ſic complanata, ut amœno eminus aſpectu prætereuntes invitare debeant, & arcis hujus in finibus ſitæ (quæ reliqua poſt iter ſuperiorũ menſiũ) ludibundis ac ſedulis tamen, intra pauculas hebdomades poteſtatem promittant levi & jucundo certamine invadendæ. Si aquam tibi petis aſpergi, animũ & calcar addi, ut in ulteriorem regionem, atque adeo interiorem Græciam abdere te audeas, quia ſola in ſe habet omnes Veneres & Gratias aliarum linguarum, quia ſola fontes recludit conſummatæ eruditionis & eloquentiæ; ſi rerum geſtarum monumentis, ſi Poëſi animum relaxare exoptes, & nectar bibere numquam exhauriendum; ſi in Jure Romano, Matheſi in primis, latiſſimis & uberrimis Philoſophiæ campis utilitatem ſperare cupis; ſi in Medicina, in regina diſciplinarum Theologia neceſſitatem credere non dubitas; leges amabo argumenta & teſtimonia clariſſimorum hominum producta ab H. Stephno in Præfatione Theſauri: leges Heinſii, Gronovii, aliorum orationes hac de re mellitiſſimas & facundiſſimas. Horum rationibus exacte penſiculatis, juſtiſſimas eſſe cauſſas intelliges, cur ſapientes & docti homines, quorum magna vis intra & extra noſtram patriam, urgeant Græci ſtudii neceſſitatem & fructus prope infinitos. Nos ſi fundamenta quædam illius in his elementis non infeliciter jecerimus, tibi, Lector, vel tuis deeſſe religio fuit: ſi quidẽ diverſo peccaverimus alicubi, tua condonabis humanitati. Vale.

SERIES LIBRORUM ET CAPITUM.

LIBER PRIMUS.

De Litteris & Syllabis.

CAP. I. De litterarum figura & diviſione. p. 1.

II. De

II. De uſu litterarum; innumerando. p. 10.
III. De ſyllabarum accidentibus. p. 11.

LIBER SECUNDUS.
De vocibus, ac præcipue Nominibus.

I. De Vocibus generatim, & Articulo. p. 16.
II. De Declinationibus univerſim, & præcipue Primâ p. 19.
III. De declinatione Secundâ. p. 22.
IV. De declinatione Tertiâ. p. 27.
V. De Contractionibus Tertiæ. p. 45.
VI. De Anomalis declinationibus. p. 50.
VII. De Motione Adjectivorum. p. 54.
VIII. De Comparatione. p. 57.
IX. De Numeralibus. p. 62.
X. De Pronominibus. p. 64.

LIBER TERTIUS.
De Conjugatione Verborum, maxime prima in Ω.

I. De Conjugatione in genere. p. 68.
II. De litterâ Characteriſticâ. p. 71.
III. De diverſis Terminationibus Activi. p. 72.
IV. De terminationibus cum verbi Paſſivi, tum Medii. p. 74.
V. De Augmento. p. 76.
VI. De ſingulis Temporibus particulatim, ac primo de Præſenti & imperfecto per omnes modos in Activo. p. 84.
VII. De Futuris primis Activis. p. 88.
VIII. De Aoriſtis primis Activis. p. 95.
IX. De Futuris ſecundis Activis. p. 98.
X. De Aoriſtis ſecundis Activis. p. 103.
XI. De perfectis & Pluſquam perfectis Activis. p. 105.
XII. De Verbo medio: ac primo quidem de Præſent: & F: prim: 109.
XIII. De Aoriſtis primis Mediis. 111.
XIV. De Futuris ſecundis Mediis. 113.
XV. De Aoriſtis ſecundis Mediis. 114.
XVI. De Perfectis & Pluſquamp: Mediis. 116.
XVII. De Præſentibus & Imperfectis Paſſivis. 119.
XVIII. De Futuris primis Paſſivis. 123.
XIX. De Aoriſtis primis paſſivis. 127.
XX. De Futuris ſecundis paſſivis. 130.
XXI. De Aoriſtis ſecundis paſſivis. 132.
XXII. De Perfectis & Pluſquamperf: Paſſivis. 133.
XXIII. De paullo poſt Futuris. 144.

LIBER QUARTUS.
De Verbis in MI.

I. De Secunda Conjugatione generatim. 146
II. De *Præſentibus & Imperfectis* temporibus, nec non *Aoriſtis ſecundis Indicativorum.* 148.
III. De *reliquis* eorundem temporum *Modis* atque Participiis. 154.
IV. De ceteris Tempor: Activis, quæ primæ Conjugat. reſpondent. 160.
V. De *Præſentibus, Imperfectis, Aoriſtis Secundis, Paſſivis vel Mediis,* quæ propria ſunt verborum in MI. 162.

VI. De

Digitized by Google

VI. De reliquis Temporibus cum Mediis, tum Paſſivis, quæ cum prima Conjugatione conveniunt. 168.
VII. De verbo *εἰμὶ ſum.* 171.
VIII. De verbo *εἶμι & ἵημι, eo.* 173.
IX. De *ἧμαι, ſedeo, & εἷμαι, ſum indutus.* 176.
X. De *κεῖμαι, jaceo.* 178.

LIBER QUINTUS.

De verbis defectivis: & Inveſtigatione Originum.

I. De Defectivis. 180.
II. De ratione Thematis inveſtigandi univerſim. 193.
III. De Derivatis, quæ tempora ſua formant ab inuſitatis Primit. 195.
IV. De verbis, quorũ tempora colliguntur ex diverſis Synonymis. 202.
V. De anomalis, quæ tempora ſua formant per figuras. 208.
VI. De ratione *ἀρχῆς* inveſtigandæ. 212.
VII. De vocibus Compoſitis. 218.
VIII. De Particularum Compoſitione & derivatione. 220.

LIBER SEXTUS.

De Syntaxi.

I. De Adjectivo & Subſtantivo. 225.
II. De Nominativi & Verbi diſcordia. 226.
III. De caſu ante infinitivum. 230.
IV. De caſu Præpoſitionum. 232.
V. De Genitivis Pronominum Verbalium, &c. 238.
VI. De Genitivis admirandi, prohibendi, ſuperandi, &c. 238.
VII. De Dativo. 245.
VIII. De Accuſativo, in primis Attico. 247.
IX. De Conjunctionibus & Modis Verborum. 250.
X. De Pleonaſmo, Ellipſi, & Hyperbato Græcorum. 254.

LIBER SEPTIMUS.

De Quantitate ſyllabarum; licentia Poëtica, & Accentibus.

I. De Poſitione, mutis & liquidis. 258.
II. De quantitate vocalium, cæſura, &c. 260.
III. De Ancipitibus & Licentia Figurarum in Tab: v. 261.
IV. De verſibus Græcis, eorumque accidentibus. 277.
V. De natura: & triplici ſpecie accentuum. 279.
VI. De Atonis, & Encliticis. 287.

LIBER OCTAVUS.

De Dialectis.

I. De Dialecto Atticâ. 292.
II. De Ionicâ. 295.
III. De Doricâ. 302.
IV. De Æolicâ. 306.
V. De linguâ Bœoticâ, Poëticâ, & paucis aliis. 308.

LIBER NONUS.

Continens Praxin, ſive materiam lectionis & explicationis.

I. Repræſentans nexus litterarum, & compendia ſcripturæ. 315.
II. Amplectens vetera Colloquia Scholaſtica, Græca & Latina. 317.
III. Continens lectiones Atticas, è S. Baſilio. 338.
IV. Continens lectiones Ionicas ex Herodoto. 345.
V. Continens lectiones Doricas in proſa. 365.
VI. Continens lectiones Poëticas. 369.

NOVA

Digitized by Google

NOVA VIA DOCENDI GRÆCA.

LIBER PRIMUS.

De Litteris & Syllabis.

CAPUT PRIMUM.

De litterarum figura & diviſione.

1. *Quot ſtatuuntur litteræ Græcorum?*

Viginti quatuor: in quibus conſiderantur hæc tria:

Figura,		*Nomen, &*		*Poteſtas.*
Α	α	ἄλφα	Alpha	a.
Β	β ϐ	βῆτα	Béta	b.
Γ	γ ɼ	γάμμα	Gamma	g.
Δ	δ	δέλτα	Delta	d.
Ε	ε	ἐψιλόν	Epſilon	e breve.
Ζ	ζ ζ	ζῆτα	Zeta	z.
Η	η	ἦτα	Eta	e longum.

Digitized by Google

Θ	θ ϑ	θῆτα	Théta	th.
Ι	ι	ἰῶτα	Iota	i vocale.
Κ	κ	κάππα	Cappa	k, c.
Λ	λ	λάμβδα	Lambda	l.
Μ	μ	μῦ	My	m.
Ν	ν	νῦ	Ny	n.
Ξ	ξ	ξῖ	Xi	x.
Ο	ο	ο μικρὸν	O micron	o breve.
Π	π ϖ	πῖ	Pi	p.
Ρ	ϱ ρ	ῥῶ	Rho	r.
Σ	ϲ σ ς	σῖγμα	Sigma	s.
Τ	τ ͳ	ταῦ	Tau	t.
Υ	υ	ὐψιλὸν	Ypſilon	y, u *Belg. Gall.*
Φ	φ	φῖ	Phi	ph.
Χ	χ	χῖ	Chi	ch.
Ψ	ψ	ψῖ	Pſi	pſ.
Ω	ω	ωμέγα	Omega	o longum.

1. GEnuinam & antiquam hic expreſſam eſſe Alphabeti pronunciationem, confirmabit Pſalterium LXX, quod vidit Mekerchius, ad cujus calcem inventum hoc Alphabetum Græcum: *Alpha*, *beta*, *gamma*, *delta*, *e brevis*, *zeta*, *eta*, *theta*, *ïota*, *cappa*, *lambda*, *my*, *ny*, *xi*, *o brevis*, *pi*, *rho*, *ſigma*, *tau*, *y*, *phi*, *chi*, *pſi*, *o longa*. Scite igitur à Voſſio Clenardus eſt caſtigatus, qui cum hodiernis & barbaris Græcis legere imperabat, *vita* pro *bêta*, *ita* pro *eta*, *taf* pro *tau*, &c. Cum autem Pſalterium, quo de dixi, exaratum ſit anno M. C. V. ſequitur omnino, novos ſonos tribus ſeculis poſt capta Conſtantinopoli à Græcis doctoribus Italiæ illatos fuiſſe: nec adeo certum eſſe paret hodiernæ Græciæ vocum prolationem viginti ſeculorum uſu eſſe ſtabilitam. Quam tamen ſententiam ante triennium Vir CL. eruditis diſputationibus propugnare annilus eſt. Nos ſalvo magnorum virorum judicio ætatem multam illam docemus pronunciationem (cum clarior, diſtinctior & perceptu ſit facilior) quam Eraſmus, Ceratinus, Vergara, Mekerchius, Lipſius, aliique probarunt, & Europa jam recepit maximam partem. De ſingulis infra.

2. De numero litterarum itidem doctiores controverſantur. Cadmus paullo poſt obitum Joſuæ ſedecim litteras traditur ex Phœnicia in Græciam deportaſſe, has

has puta, Voſſio Judice, A, B, Γ, Δ, Ε, Ι, Κ, Λ, Μ, Ν, Ο, Π, Ρ, Σ, Τ, Υ. Palamedes in bello Trojano invenit quatuor, Ξ, & trîs cum ſpiritu aſpero Φ, Χ, Θ: Simonides 650. annis poſt alias quatuor, Η, Ω, Ζ, Ψ. Unde ſumma enaſcitur elementorum XXIV. Sed cum figura H duplicis fuerit ſignum poteſtatis, vocalis longæ inde à Simonidis ætate, & ante illum conſonantis ſive aſpirationis, neceſſe erit nunc & olim, ſi non ſimul & ſemel, Alphabetum habuiſſe litteras XXV. Qua in re non Voſſii, ſed VVetſtenii malim approbare opinionem. Vide Clariſſ. & Doctiſſ. VVetſt. Orat. 3. de Gr. Pronunc. Etſi enim adſpirationis figura abolita videtur in Alphabeto tempore Simonidis (id quod eſt accidens) tamen vis ſoni manſit in uſu, quæ eſt eſſentia litteræ. H autem eſſe litteram, & priſcis illis Graiis idem ſignaſſe quod Romanis H, recte probavit ib. ex Scauro, & inſigni illo Athenæi loco: οἶμαι δὲ καὶ διὰ τοῦ Η στοιχείου σημαίνεσθαι τοὺς παλαιοὺς τὴν δασεῖαν. διόπερ καὶ Ῥωμαῖοι πρὸ πάντων τῶν δασυνομένων ὀνομάτων τὸ Η προγράφουσι. Si cui grave videtur Alphabeto Cadmeo ſeptendecim aſſignare στοιχεῖα, tribuat Υ Pythagoræ.

Quomodo autem Græcorum litteræ ortæ ſint ex Phœniciis, vide ſis apud magnum Scalig. in Euſ. Chron.

2. *Quot ſunt vocales Græcorum?*

Septem. { Breves, ε, ο. Longæ, η, ω. Ancipites, α, ι, υ. }

1. GRæci olim non pluribus functi ſunt, quam quinque vocalibus, quemadmodum in Belgico ac Latino ſermone, nempe A, E, I, O, Y. η poſtea adjunctum eſt ad E ſignandum longum, atque ω ad longum O ſignificandum. Propterea inquit Plato in Cratylo ſuo, poſtquam oſtenderat, antiquos ſcribere ἱμέρα pro ἡμέρα; ὅτι νῦν ἢ ἐξαμείβει, ἀλλὰ τὸ παλαιόν, *olim etenim non utebamur* η, *ſed* ε. Invenitur itaque ΘΕΟΝ pro θεῶν, ΚΟΡΕΣ pro Κόρης in Farneſ. Columna.

2. H imitatur ſonum balantis ovis ſecundum Euſtachium, qui hoc probat ex ſubjecto Cratini verſu: ὁ δ᾽ ἠλίθιος ὥσπερ πρόβατον βῆ, βῆ λέγων βαδίζει. *Stultus incedit inſtar ovis, clamans bê, bê.* Nemo autem ovis, certe Batava, clamat *bi*, *bi*, vel *vi*, *vi*, ut hodie ι pro η proferunt Græci. Fatentur nonnulli η fuiſſe E longum, ſed non diu poſt Simonidem. Atqui Terentianus diu poſt vixit. Audiamus illum:

Litteram namque E, inquit, videmus eſſe ad ἦτα *proximam,*

Sicut ο & ω videntur eſſe vicina ſibi:
Temporum momenta diſtant, NON SONI NATIVITAS.

Sub Papa præterea Innocentio III., qui vixit ſub finem ſeculi duodecimi, cantatum fuiſſe *Kyrie eleeſon*, non *eleiſon*, & ſub Gregorio ab omni populo Græciæ, oſtendit Doctor Pariſienſis in Præf. Novæ Meth.

3. Breve ο effet tanquam ſimplex o, ut bot: longum ω tanquam duplex oo, ut boot.

4. ὑψιλὸν ſimplex υ appellatur ad diſtinctionem ου diphthongi. ut ἰψιλὸν, ſimplex ι, comparatione diphthongi ει; niſi malis opponi litteræ H, quæ longa eſt, cum ε corripiatur. Y ſonum habet medium inter ου ſive Latinum V, & ἰῶτα, ut Doctor Pariſienſis rectiſſime docuit ex Capella, Terentiano, & Priſciano. Ita ut miram confuſionem in lingua pariant, qui hos quinque, ſex ſonos miſcent, eodem modo pronunciantes ι, υ, η, ει, οι, υι.

5. Ancipites, vel communes dicuntur, quæ in quibuſdam ſunt tantum breves, ut α in ἄγω: in quibuſdam tantum longæ, ut α in λαὸς: in quibuſdam indifferentes, ut α in καλός. Vide Proſodiam.

3. *Quot diphthongi ſunt?*

Duodecim: ſex propriæ, & ſex impropriæ.

4. *Quæ ſunt ſex propriæ?*

Propriæ ſunt, in quibus clare exauditur ſonus utriuſque vocalis: αι, αυ. ει, ευ. οι, ου.

1. TRes ex illis ι ſubjungunt, αι, ει, οι; tres υ, ſc. αυ, ευ, ου: Hinc υ & ι Grammatici *ſubjunctivas* vocant: α vero, ε & ο *prapoſitivas*.

2. Cum Gatakerus negat dari diphthongos, quia vocalis unaquæque per ſe neceſſario conſtituit ſyllabam, perinde facit ac ſi dixerit, duos diverſos liquores, antequam commiſceantur, diverſum per ſe ſingulos neceſſario guſtantibus præſtare ſaporem, ac proinde in unum confuſos, non poſſe tertium quemdam ſaporem gignere à prioribus diſtinctum. Quod ineptum; cum natura contrarium doceat, uno quoque liquore de ſua vi aliquid admiſcente. Similiter δι φθόγγυς eas

Gracia dicunt magiſtri, quo dua juncta ſimul
Syllabam ſonant in unam, vi que gemina pradita &c.

Quo magis miror inventos eſſe q

qui neminem veterum hoc, ut utraque vocalis in diphthongo audiretur, requiſiſſe contendunt, dum ipſum illum Mauri politiſſimi locum contra ſe producunt. Quid quod idem ille Terentianus paullo poſt ait de Latinorum diphthongis:

—— *Latinas ſæpe correpto ſono*
Premimus, quamquam DUABUS EDITAS *vocalibus.*

Antea vero cum docuiſſet Romanam linguam non habere Υ, in cujus locum ſubdita V Latina, de eadem inquit: *Porro vocalem ſecuta vim tenet vocalium*,
ET SONOS UTROSQUE IUNGIT. Et iterum paullo ſuperius.

—— *Cum* DUABUS EDIMUS *vocalibus.*

Qui *edit* vocales, exprimit profecto pronunciatione: Ergo qui diphthongos *edit duabus vocalibus*, ſonum in illis utriuſque vocalis exprimit, etſi non maneat utriuſque vis æqualis. Quis enim poſtulet in gemino liquore miſcendo, ut neutrius vis imminuatur, atque ita qualitas paullulum alteretur? Alia eſt natura ſeparationis, alia conjunctionis: alium igitur merito Priſcianus agnoſcit ſonum in diæreſi, alium in craſi vel ſynæreſi. Tuo tibi te jugulas gladio, ſi diæreſin ſive *diviſionem* arbitreris eſſe ſonorum *comprehenſionem.*

Ex illo fonte hoc cogitur, cum utroſque *ſonos vocalium jungat* ipſa diphthongi eſſentia, ut audivimus, ter peccari à barbara Græcia: primo enim alteram vocalem ſupprimunt, *ει* & *οι* efferentes ut ſimplex *ι*: ſecundo conſonantis ſonum edunt pro vocali, dicentes *af*, *ef*, *of* pro *αυ*, *ευ*, *ου*, *au*, *eu*, *ou* vel V: tertio neutram proferunt vocalem, cum debeant ambas, pro *αι* legentes *ε*, nec diſtinguentes *καινὸς* & *κενός*.

3. De *αι* ſi provocas ad Euſtathii ætatem, noli elenchum ignorare: quæritur an veteres, & meliores Græci ſic pronunciarint. Sophocles profecto, cum *αι*, non *ε*, ſit ſignum exclamantis præ dolore, hanc ponit lamentationis notam:

Αἴ, αἶ. τίς ἄν ποτ' ᾤεθ' ὧδ' ἐπώνυμον
Τοὐμὸν ξυνοίσειν ὄνομα τοῖς ἐμοῖς κακοῖς. hoc eſt:
Ai, ai, *quis umquam tot meum cognomine*
Meis putaſſet concinere nomen malis!

Cum Græcis & Latinis eædem maneant litteræ, quis credat *Βαΐαι*, *Μαῖα*, *Τραϊανὸς*, &c. eſſe *Bea*, *Mea*, *Treanus*, non *Baia*, *Maia*, *Trajanus*, &c. Si dicas in diæreſi ex. gr. *μαῖα*, aliter *α* ſonare, aliter *αι* in ſynæreſi, ut *Μαῖα* ſit *μέα*, jam non erit ſonus confuſus ex utroque, ex *α* & *ι*, ſed neutro. An vero Latini, in proſa etiam diphthongos efferunt per diæreſin, ſi illud unicum eſt refugium? Quinimo conſtat ſatis ex priſcis Grammaticis *Maia*, & ſimilia non elata fuiſſe tamquam *Ma-ja*, ſed *Mai-ia* vel *Mai-ja*? At *α* cum *ι* ob ſoni exilitatem coaleſcere non poteſt. Pulchre. Tenuia cum craſſioribus non poſſunt in unum colliqueſcere: AI & AE, E & I raptim prolata ſunt valde affinia, ergo nihil ſono diſcrepant, *here* & *heri*, *præfiſcine* & *præfiſcini* eodem modo ſemper ſonuerunt.

Sed tædet tam frivola conſectari.

4. *Eι* poſſe pronunciari, Belgæ ſentimus vocabulis in noſtratibus, wijsheid/ loosheid/ &c. Si apud Martialem, *Eia age rumpe moras*, legendum eſt *e-ja*, non *ei-a*, quidni eadem opera concludamus ïota eſſe conſonum in illo Ariſtoph. *εἶα μάλα.*

Conſonans prior locata quia
ſit & Graios apud, (puta ι)
Quod tibi exemplo probare verſus herous poteſt:
Οἴζει ἰῶτα γράφει, verſus ſi principium ſit.

Certe *hei* apud Comicum non poteſt dividi: cum veteres Latini *bini* ut *binei*, *amici* ut *amicei*, &c. enunciarint. Cicero ad Pætum ſcribens L. IX. Epiſt. *Quum loquimur*, inquit, *terni*, (ternei) *nihil flagitii dicimus: at quum bini* (binei) *obſcenum eſt.* Alludit ad imperativum βίνει, *βοῖ.*

5. *Oι* omnes ponunt vocem conquerentium. Vox autem inarticulata, affectum exprimens, cum ſit naturæ propria, & non unius linguæ, vel vernacula docebit ſæpe exprimi per oy! quod Terentio, *hoi.* At Suidas docet διαιρεῖσθαι in ὄι. Verum pauci, credo, in compoſito *οἴμοι*, *hei mihi*, diæreſin requiri autumabunt. Si legas *oimoi*, ſalva eſt vox doloris quaſi ingeminati, cujus elegantia & proprietas dupliciter periit in *imi*. Thucyd. l. I. Hiſt. refert, Athenienſes in poſterum λιμὸς dicturos, & non λοιμὸς, ut præclare Mekerchius obſervavit cap. 44. de Ver. Pron.

6. Quomodo *αυ* ſonet, facile ſenties, ſi medium teneas inter Belgicum goud/ quæ Hollandorum aliorumque dialectus eſt, & gaud/ ut populares mei in Diœceſi Ultrajectina pronunciant: vel ſi Ariſtophanem non reſpuas magiſtrum, qui canum latratum *αὖ αὖ*, aliquando propius ad A, aliquando paullulum ad O ob ſimilitudinem pinguioris ſoni accedentem, hac diphthongo expreſſit. Nihil autem notius, quam canes numquam efflare *af af*, ſed per vehementiam rictus A, & poſt vim adductorum & preſſorum labiorum, in Υ, ſive u Belgico, a dentibus aſperiorem iræ ſonitum reſilire.

7. *Eυ* quomodo legendum ſit docent *εὖγε*, *εὐχαριστία*. Latinis *euge*, *eucharistia*. *An & Eu*, inquit Maurus ille, *quum copulamus*, V *ſecundam jungimus in vicem Græcæ, quod υ ψιλὸν ſubdita eſt vocalis* V. Hinc primo efficitur, florente Latio non eſſe prolatum *a vrum* per conſonam, ut Bedæ corruptis temporibus, ſed per vocalem V, teſte Terentiano, eamque copulatam cum A, ut rectum ſit *au-rum*. Secundo idem affirmandum videmus de *eu-rus*, εὖρος, ne legatur *e-vrus*, vel *efros*.

8. *Oυ* ut bene pronuncies, attende ſonitum corporis in terram prolapſi: vel paullulum o ſuſtine & offuſca, uti *υ* ſive u Gallici ſonum cum illo confundas: non enim multo aliter profertur ac Latinum V veterum Romanorum, quod Germani & Itali ſuo more recte enunciant. Terentian.

Græcæ

Græca diphthongos ΟΥ *litteris tamen noſtris vacat,*
Sola vocalis quod V *complet hunc ſatis ſonum.*

Si vocalis V ſatis compenſat ſonum, damnemus igitur ſ conſonum: nec legamus hoſtoſ pro genitivo *αὐτου*, cum ſit Hυτυ litteris Romanis, *houtou* Gallicis, Belgicis hoetoe. Sed nihil attinet omnia, quæ objectant, refutare, partim quia pleraque ſe ipſa deſtruant, partim quia metuendum, ne quis nos inſimulet verboſitatis in hoc ſcripti genere. Veniam mereamur, ſi fundamenta hic facilis reſponſionis poſuerimus, ne quis conturbet rationes diſcentium.

5. *Quæ nominantur ſex impropriæ?*

Impropriæ ſunt, in quibus ſonus ſubjunctivæ obſcurior eſt: ut ᾳ, ῃ, ῳ. υι, ηυ, ωυ.

1. QUando Sextus Empir. cap. 9. contra Gramm. contendit dativum non minus commode ſine ι quam cum illo ſcribi, non videntur longe à vero abhorrere, qui ι ſupprimunt pronunciaturi ᾳ, ῃ, ῳ, ut in *τῷ ἀνίῳ, τῇ ζημῇ*. Hi ergo, inter quos Mekerchius, tres numerant improprias, quia abuſive ſic dictas putant: unde novem his erunt propriæ. Iota ſubſcriptum vero quod attinet, etiam ad latus ponitur, ſive figura ſit minuſcula, quod rarius, ut in *κνίφαι* pro *κνίφᾳ* in Xenoph. apud Steph. Paralip. p. 9. ſive majuſcula, ut Αι, Ηι, Ωι.

Alii improprias vocant, quia ex propriis naſcuntur, ᾳ ex αι, ῳ ex οι, ηυ ex αυ & ευ, ωυ ex ου: ῃ vel ex ει, vel ex ηι, vel etiam ex impropria ᾳ. Cum ex nulla ſex propriarum υι deſcendere poſſit, Ramus, Cranzius aliique illam impropriarum numero excludi poſſe autumant, ut ſint quinque impropriæ, ſeptem propriæ.

Voſſius & alii improprias dicunt, quum ultima pronunciando ſic liqueſcit, ut ſubjunctivæ ſonus ſit obſcurior. Hoc in ῃ fit, ut ſtatim videbimus. Ne verearis igitur, quia & Gaza fecit & Chryſoloras, ῃ appellare diphthongum impropriam. Hæc ultima definitio utilior quoque memoriæ adjuvandæ tironum, cum numerum vident utriuſque ſpeciei æqualem.

Gaza & Chryſol. ωυ excludunt hoc numero, quia Ionum propria eſt, ſed ratio illorum inops & jejuna: proprietas enim dialecti commiſcet quidem vim gemini ſoni, ſed non protinus tollit. Nam eodem jure ηυ ſua tribu moveas, quia Atticorum eſt *ηὐχόμην* pro *εὐχόμην*, ab *εὔχομαι*, *precor*.

2. Etſi procedente tempore, ſubſcriptum ob ſui exilitatem negligi cœperit, ut colligimus ex Sexto Empirico: tamen initio, quia diphthongi natura eſt *utroſque ſonos jungere*, videntur ᾳ, ῃ, ῳ duo tempora habuiſſe propter priores vocales, & partem tenuiſſimi ſoni propter ι, ut,

cum Θρᾷσσα legimus, pronunciatum iri fere quaſi Belgice ſcribamus Thraeſſa: Θρῆσσα, Thrêſſa, quaſi Threeiſſa: τῷ, tooi.

Sed ut in illis longo uſu ι à fine extritum eſt: ita prima ejus ratio perduravit in ῃ, nec diſſimilis conditio τοῦ υ in ηυ, & αυ. Vocem ηυ nobis pæne miniſtrat vernaculum meeuwen/ quod eſt ſelium: ſed ego ê longum paullulum ſoleo incraſſare, ut aliquid admiſceam de ſimilitudine balatus. Ut itaque αὐδᾷ, loquitur, refert αυ in au-rum, de quo ſupra, υ manente vocali: ita, ut fiat vocalium neceſſaria mixtura, ηὔδα, loquebatur, proferendum erit, non ſicuti ifda, ſed eeuda/ retinendo nonnihil pinguitudinis ex α, unde ortum, eo temperamento, quo ſervet etiam aliquid de E colliqueſcenti: nam ηυ quoque venit ab ευ. ευ Terentianus docet proloqui: Sic ὁ αὐτὸς ſeparatim, αὑτὸς immiſtum ſonat. q. d. hoou-tog. υι non eſt ι longum, ſed idem propemodum ac ui in cui & huic monoſyllabis, teſte eodem politiſſimo Grammaticorum:

Nunc quod hanc diphtongon ex V & I ſit decimus:
Non ut V nunc ſit Latina, ſed magis Græcum ſit ῃ,
Ἅρπυια quum dicunt & υἱάσι, tale quid cui *ut ſonet.*

6. *Quæ ſunt novem mutæ?*

Tenues. π, κ, τ.
Mediæ. β, γ, δ.
Adſpiratæ. φ, χ, θ.

Π	Κ	Τ
Β	Γ	Δ
Φ	Χ	Θ

1. HÆ diviſiones ſumma ſunt cura perpenſandæ: Nam quæ in primo ordine ad perpendiculum ſunt diſpoſitæ, earum una cum altera permutatur, tum in declinando & conjugando, tum in aliis. Eadem ratio eſt litterarum ſecundi & tertii ordinis. Verbi cauſſa in ſecunda ſerie X mutatur in K, quando pro χιτὼν dicitur κιτὼν, tunica.

2. Φ aſperius eſt pronunciatu quam F. Unde refert Quintilianus Ciceronem Græcum hominem irriſui habuiſſe, qui Latinum nomen *Fundanius* pronunciabat ſuo more, quaſi fuiſſet Φundanius, hoc eſt, *pfhundanius* Lipſio judice, vel potius *Fhundanius*, ſecundum Sylburg.

3. B non legendum ut V: ſed ut Belgicum b. Auſon.

Dividuum Beta monoſyllabon Italicum B.

Auguſt. l. 2. de doctrina Chriſt. teſtatur, vocem BETA eodem ſono ſignificare litteram Græcis, & herbam Latinis.

Quem-

Quemadmodum Σεβῆρος ter invenitur in Goltzii nummis, & Σευῆρος duodecies pro SEVERUS: ita concludi inde poteſt facile, β aliquando poni pro conſonante v, non vero eſſe V. Alioquin ȣ etiam eſſet conſonum v. Invenitur enim Οὐεργίλιος, *Virgilius*, Οὐεσπασιανός, *Veſpaſianus*, apud Suidam atque alios. Vide de Beta Steph. Paralipom. inſt. Gr. p. 3, 4, 5.

8. *Quot ſunt liquidę, aut immutabiles?*

Quatuor. λ, μ, ν, ρ.

1. VOcantur liquidæ litteræ, ὑγρὰ (ſc. γράμματα) quia ſuavem & liquidum edunt ſonum: atque immutabiles (ἀμετάβολα) quia non facile mutantur, ceu aliis conſonantibus oppoſitæ. Cum in nominativo ſunt, manent etiam in reliquis caſibus: cum in præſenti verbi tempore occurrunt, manent in futuro, ac crebræ ſunt in præterito. Nihilominus mutantur aliquando, ut ἰμμένω pro ἐμμένω, *maneo in re*.

2. γ ante γ, itidem ante κ, χ, ξ, deſignat ſingularem quendam ſonum, qui neque vim τοῦ γ poſſidet, neque Græci ν. Αγγελος legimus fere ut *angelos*, non vero *aggelos*. πέφαγκα, ut *pefhanka*, ἔγχος, ut *enchos*. Credibile eſt librarios ineptos ν & γ permutaſſe propter figurę ſimilitudinem, eo quod Veteres Græci ſcriptitarunt ἄνγελος, πέφανκα, ἔνχος. Ita Steph. & Scaliger invenere in MSS. & inſcriptionibus, ΑΝΓΕΛΟΣ, ΑΝΚΥΡΑ. CΥΝΚΛΗΤΟC, & ſimilia. Vide H Steph. Paralip. inſt. Gr. p. 7, 8. Latin. Meth. Pariſiens. p. 7, 13. & Ezech. Spanh. p. 77. de Numiſm.

9. *Enumerentur tres duplices.*

Duplices {
ζ, quæ ponitur pro δσ, unde Dores pro ea trajectis litteris σδ.
ξ, pro γσ, κσ, χσ.
ψ, pro βσ, πσ, φσ.

1. DUplices conſonæ non ſunt niſi ſcripturæ compendia: quarum reſolutiones uſum ſuum habebunt in formatione genitivi tertiæ declinationis, atque futuri Activi.

2. Σ exarabatur etiam ut Latinum C, cum quo C congruit: ut ΔΙΟCΚΟΡΟC, *Dioſcoros*. C proxime accedit ad τ, δ, θ. Nomina enim deſinentia in ς formant caſus per unam harum trium: & activa, quorum characteriſtica una harum trium eſt, habent in futuro σ.

3. Ex noſtra Diſſertatione dę litteris Lat. præfixa Medullæ Ariſtarchi Voſſ. patebit abunde, qua

qua ratione φ, χ, ψ, ζ, cum primis ρ & σ, vocandæ ſint ſemivocales: & λ, μ, ν, mutæ. Ex illis igitur argumentis facillime colligetur, conſonantium vulgarem diviſionem nulla niti ratione firma & ſolida: ſed ne tenella diſcentium ingenia confundantur, nihil mutamus, illos tantummodo rogantes, quæ conſonantes ſoleant mutæ vocari, quæ contra.

CAPUT SECUNDUM.

De uſu litterarum in numerando.

1. GRæci bifariam numerant per litteras ſuas: primo naturali, deinde artificioſo ordine.

2. Naturalis ordo ſequitur Alphabetum, ita ut A deſignet 1, B 2, &c. Ω 24: quemadmodum videmus in Homero.

3. Artificioſus ſubdividitur in tres ſeries. Prima conſtat unitatibus, ſive octo primis elementis Alphabeti, quibus hoc ſignum ϛ interpoſitum, quod numerum deſignat ſenarium: propterea nominatur ἐπίσημον Ταῦ, aut ſimpliciter ἐπίσημον.

Secunda numeros ſignat denarios, ſibique vindicat octo medias litteras una cum hoc charactere Ϙ aut ϟ, qui nono loco ponitur pro 90, & appellatur *Kophe*, aut Κόππα.

Tertia numerat centurias poſtremis octo litteris, addito ſigno ϡ, quod nono in loco pro 900 collocatur, atque vocatur *ſanpi*, quia formatum eſt ab antiquo ſigma inverſo, cum π in medio.

1. *Unitates.*			2. *Denarii numeri.*			3. *Centenarii.*		
Α	α'	1.	Ι	ι'	10.	Ρ	ρ'	100.
Β	β'	2.	Κ	κ'	20.	Σ	σ'	200.
Γ	γ'	3.	Λ	λ'	30.	Τ	τ'	300.
Δ	δ'	4.	Μ	μ'	40.	Υ	υ'	400.
Ε	ε'	5.	Ν	ν'	50.	Φ	φ'	500.
	ϛ'	6.	Ξ	ξ'	60.	Χ	χ'	600.
Ζ	ζ'	7.	Ο	ο'	70.	Ψ	ψ'	700.
Η	η'	8.	Π	π'	80.	Ω	ω'	800.
Θ	θ'	9.	Ϙ	ϟ'	90.		ϡ	900.

4. Cum numerum exprimere vis millenarium, pones lineolam ſub littera. Verbi cauſſa, ͵α 1000, ͵β 2000, ͵γ 3000, ͵ι 10000, ͵ρ 100000,

ϛ 100000, & ſic deinceps.

5. Nunc facillime numeri conjungantur compoſiti: nam ιά facit XI. ιβ', XII. κά, XXI. κβ', XXII. κγ', XXIII, &c. λγ'. XXXIII. ρδ', CIV. ͵αί, CIƆV. ͵αχπγ', 1683.

6. Tandem ſex quadratis litteris numeramus, quæ numerum deſignant, à quo nomen numerale inchoatur.

I valet unitatem, quia eſt initium vocis ἴος pro μία, *una*.

Π 5, quia eſt prima littera in πέντε, *quinque*.

Δ 10, quia præponitur in δέκα, *decem*.

Η 100, quia olim *h* deſignabat in HEKATON, *centum*.

Χ notat 1000, propter χίλια, *mille*.

Μ 10000 propter μύρια, *decies mille*.

Hæ litteræ multiplicando & addendo ſic augent: II, 2. III, 3. IIII, 4.

ΠΙ, 6. ΠΙΙ, 7. ΠΙΙΙ, 8.

ΔΔ, 20. ΔΔΔ, 30. ΔΔΔΔ, 40. ΔΙ, 11. ΔΙΙ, 12 ΔΔΙ, 21. ΔΔΙΙ, 22.

ΔΠ, 15. ΔΠΙ, 16. ΔΠΙΙ, 17. ΔΠΙΙΙ, 18. ΔΠΙΙΙΙ, 19.

7. Quando hæ litteræ ponuntur in medio Π, indicio eſt, illam litteram, quæ ventri inſcribitur (excluſo I) quinquies multiplicari.

𐅄, πεντάκις Δέκα, hoc eſt, 50. 𐅄Ι, 51. 𐅄ΙΙ, 52. 𐅄Π, 55. 𐅄Δ, 60. 𐅄ΔΔ, 70. 𐅄ΔΔΔ, 80. 𐅄ΔΔΔΔ, 90. 𐅅, Πεντάκις Ηεκατὸν, hoc eſt, 500. 𐅅 𐅄, 550. 𐅅Η, 600. 𐅆, Πεντάκις Χίλιοι, hoc eſt, 5000.

Χ 𐅅 Η 𐅄 ΔΔΔΙΙΙ.

hoc eſt,

CIƆ IƆC LXXXIII.

CAPVT TERTIVM.

De Syllabarum accidentibus.

I. *Quot ſunt Syllabarum accentus?*

Accentus ſunt tres.
- Acutus (´) Θεός, Theós, *Deus.* λόγος, lógos, *ſermo.*
- Gravis (`) τιμὴ, timè, *honor.*
- Circumflexus (῀) ποιῶ, poiô, *facio.* βοᾶτε, boâte, *clamatis.*

Acu-

Acutus & circumflexus attollunt ſyllabam, quam afficiunt: gravis deprimit.

1. GRavis tonus vel proprie, vel improprie ſumitur. Proprie, cum ſonus ſyllabæ eſt depreſſus, ut μοι in βήμοιβος. τρυς in βότρυς. πλω in τύπλω. Unde Barytona dicuntur ejuſmodi nomina & verba, quæ acutum habent in penultima, nullum vero accentum ſcribunt in ultima, quippe gravis eſt ſenſu proprio.

Contra improprie (ut in hac regula) dicitur gravis, quæ habet vim acuti, & tantum figuram gravis, ut μὴ in τιμὴ, *honor*.

2. Circumflexi ſignum eſt ˜ vel reſupinatum ᑕ, hoc fere modo ∽, ut ὅσ͂.

3. De regulis accentuum agetur peculiari Libello poſt Proſodiam.

2. *Quotuplex eſt Spiritus?*

Spiritus ſunt duo. Aſper ſive denſus (ʽ) ἅμα, hama, *ſimul*. Lenis ſive tenuis (ʼ) ἐγὼ, ego, *ego*. Semper autem vocalis aut diphthongus initio vocis alterum poſſidet è ſpiritibus.

NOta ſpiritus lenis eſt ſupervacua: ubicunque enim non datur aſper, nullo negotio lenem agnoſcas loco requiſito. Olim H ſignum fuit aſpirationis *h*, quemadmodum in HEKATON, HERODO pro ἑκατὸν videas in Columna Farneſii.

3. *Quid ſit littera ϱ?*

Conſonans ϱ principio quidem adſpiratur, ut ῥώμη, rhome, *robur*: in medio vero ſi geminetur, priore loco levigatur, poſteriore adſpiratur, πόῤῥω, porrho, *longe*.

4. *Quid eſt Apoſtrophus?*

Apoſtrophos nota eſt rejectæ vocalis brevis α, ε, ι, ο; aut diphthongi αι, οι: quod fit ob ſequentem vocalem. πάντα ἔλεγον, *omnia dixi*, πάντ᾽ ἔλεγον, *pantelegon*, in morem unicæ vocis.

VOcalis plerumque abjicitur in fine præcedentis verbi, ut in πάντ᾽ ἔλεγον. Sed apud Poëtas, atque adeo apud Atticos in oratione proſa in ſermonibus prima itidem vocalis ſequentis vocabuli abjicitur. Ajunt igitur: ὦ ᾽γαθὲ, *o belle vir*, pro ὦ ἀγαθέ. Ποῦ ᾽στι pro ποῦ ἐστι, *ubi eſt?* μὴ ᾽στι pro μὴ ἐστι, ’t is

niet/

nitt / ubi Belgæ 't ponimus pro het. τῶ'μῶ pro τῷ ἐμῷ, *meo.* Sed Apoll. appellat hoc genus. l. 2. Synt. κρᾶσιν.

2. Περὶ & ἀντὶ retinent vocalem, quamvis vocalis ſequatur, περὶ αὐτὸν, *circum eum.* In aliis vocibus fit idem, ſive ad obſcuritatem evitandam, ſive cacophoniam aut ſimile quid. Vide numerum quintum annotationis infra ſequentem Quæſt.

3. Aliquando ponitur ſemilunula ante conſonantem, ut παρ' θεῷ, pro παρὰ θεῷ, *apud Deum.*

5. *Quotuplicem vim habet Apoſtrophus?*

Duplicem in primis. 1. Si vocalis ſequens adſpiretur, migrat præcedens tenuis in adſpiratam, ut ἀφ' ἧς, pro ἀπ' ἧς, vel potius ἀπὸ ἧς, *à quo.* 2. Semi-lunula in medio poſita duo conjungit vocabula in unum: ut ἐγῷμαι pro ἐγὼ οἶμαι, *ego puto.* πρὔργου pro πρὸ ἔργου, *operæ pretium,* q. d. *pro opere.*

1. Conjunctio καὶ venuſte parit craſin in α, cum ſequens vox incipit ab α aut ε, ut κἄδικα apoſtropho poſito ſupra ſyllabam craſi commixtam, pro καὶ ἄδικα, *& injuſta.* κἀκεῖνος pro καὶ ἐκεῖνος, *& ille.* κἀκ, pro καὶ ἐκ, *& ex.* κἀς, pro καὶ ἐς, *& in.* κἀπὶ pro καὶ ἐπὶ, *& in.* κἀν ſine accentu pro καὶ ἐν, *& in*: ſed κἂν ponitur pro καὶ ἂν, *quamvis.* κἄτα ponitur pro καὶ εἶτα, *& poſthac.*

2. Fit craſis ſive commixtio per ω, cum καὶ ponitur ante ο, nam ſi ante οι ponitur, fit per ῳ: ut κῷνον, pro καὶ οἶνον, *& vinum,* apud Ariſtoph. κὤνον è contrario eſt καὶ ὄνον, *& aſinum.* κ vero mutatur in χ, cum poſt καὶ aſper ſpiritus ſequitur, ut χὤτι pro καὶ ὅτι, *& quia.* χὤπως pro καὶ ὅπως, *& ut.*

3. Commixtio cum articulo fit aut per ω in maſculino & neutro, ut ὡνὴρ, *vir*; pro ὁ ἀνὴρ. ὤνθρωπος pro ὁ ἄνθρωπος, *homo.* τὠρχαῖον, τὸ ἀρχαῖον, *antiquum*: τὠμπέχονον, pro τὸ ἀμπέχονον, *pallium.* Aut ſecundo per ου in neutro, ut τοὔλλο, pro τὸ ἄλλο, *alterum*: τοὔρθρον pro τὸ ἄρθρον, *membrum, articulus.* Aut tertio fit ſola eliſio vocalium, & craſis fit per α, itidem in neutris, ut τ' ἀντίφορον pro τὸ ἀντίφορον, *vectis.* τ' ἀργύριον, pro τὸ ἀργύριον, *argentum.* τἀληθῆ pro τὰ ἀληθῆ, *vera.*

4. Ὁ ἕτερος, *alter, ſecundus,* miro modo commiſcetur. Herodotus inquit in maſculino genere οὕτερος, in neutro τοὔτερον Ionice: ſed Attice dicetur in maſc. ἅτερος, in neutro θάτερον. In genit. θατέρου, dat. θατέρῳ. In plurali ἅτεροι, & θάτερα. Reliqui caſus ſive in ſingulari, ſive plurali non facile miſcentur κράσει. Hæc omnia fuſius traduntur à Sylburgio p. 279, 280, 281, &c.

5. Henr. Steph. habet in Paralip. Gr. Inſt. à pag. 70. uſque ad 90

ad 90. viginti tris, aut quatuor utiles obſervationes de Apoſtropho, de quibus judicat Grammatico lectores ſuos admonendos eſſe. Primo ſuſtentatur vox aliquantiſper, ac retardatur, ut in γαλήν' ὁρῶ, pro γαλήνην, *video mare tranquillum*, ut ne quiſpiam illudatur, quaſi audiat, γαλῆν ὁρῶ, *video felem.*

Revocatur accentus in anteriorem ſyllabam: ut χαλέπ' ἄλγεα pro χαλεπά. Etiam abjicitur in τιν' pro τινά.

Aliquando apoſtrophus omittitur, ut χεῖρας ἀείρειν. Iliad. ε. νύκτα ὅλην pro νύχθ' ὅλην non eſt reijciendum. Baſilium quippe p. 130. videbis dicentem ἐπὶ ὑγείᾳ, cum regula poſtulet, ἐφ' ὑγείᾳ, *propter ſanitatem.*

Aliquando eſt eliſio initio & fine vocis. ποῦ 'ϛ' pro ποῦ ἐστι. *Ariſtoph.*

Initio & fine vocis fit indifferenter. ἄρα 'στιν, aut ἄρ' ἐστιν.

Apoſtrophi eliſionem diſtingues ab alia, quæ ex craſi oritur. παρὰ τ' ἀνδρὸς (ὑπὸ *à viro,*) cum duabus ſemilunulis ponitur pro παρά τοῦ ἀνδρὸς. παρὰ τ' ἀνδρὸς, (*a viro*) cum una ejuſcemodi notula ponitur pro παρὰ τοῦ ἀνδρὸς. τ' ἄνω, τὰ 'μά, pro τὰ ἄνω, *ſuperna*, & τὰ ἐμὰ, *mea*, habent primam ſyllabam brevem, propterea quod eſt mera ſyncope litterarum α & ε: ſed τ' ἄνω & τ' ἀμὰ, primam producunt contractione duarum vocalium in unam.

Apoſtrophus eſt generis feminini: quia Græci Magiſtri ajunt τὴν ἀπόστροφον, reſpicientes ad προσῳδίαν.

Ἀπόστροφος, *averſio*, derivatur ab ἀποστρέφω, *averto.* in præt. med. ἀπέστροφα, quia de ſententia Budæi figura ' ad ſiniſtram aperta avertit ſe ab oppoſita figura '. Reliquas Obſervationes vide ſis apud Steph.

6. *Quid eſt Hyphen?*

Hyphen, ſive ὑφ' ἓν, eſt quaſi conglutinatio plurium vocum in unam, vel abſque nota, ut ὁποιοσοῦν, *qualiſcumque*, κακοσσόμενος, pro κακ' ὀσσόμενος: vel cum nota ‿, aut ‿, ut κόρακος ‿ πέτρη, nomen loci.

ὙΦ' ἓν perinde valet ac ὑφ' ἓν μέρος λόγου, *ſub una parte orationis, ſub una voce.* Numquam ergo dixeris *per hyphen*, (quod tantumdem eſt ac *per ſub unam orationis partem*) ſed ſimpliciter ὑφ' ἓν, aut κατὰ συμπλοκήν. At ὑφ' ἓν habet inſuper alteram ſignificationem, in qua verba non ad unam orationis partem, ſed ad unum revocantur ſenſum, ut: κέρᾳ ἀγλαὲ παρθενοπῖπα. Hom. Iſocr.

7. Quid

7. *Quid eſt Diaſtole?*

Diaſtole eſt virgula in medio vocabuli poſita, ut vox à voce diſtinguatur: ut τό, τε, *& hoc.* ὅ, τε, *& quod.* ὅ, τι, *quod.* Si enim abſit virgula, τότε fiet adverbium, & ſignificabit *tum*, ὅτε, *quando*: ὅτι, *quia.* ἅτε valet *quippe*: ſed ἅ, τε, *& quæ.*

1. Διαστολὴ, *diſtinctio*, venit à διαστέλλω, *diſtinguo.* διέστειλα, *diſtinxi.*

2. Διαίρεσις vero, *diæreſis*, (a διαιρέω, *divido*) eſt nota duorum punctorum, diphthongum dividens & ſeparans in duas vocales vel ſyllabas, ut: παϊς, pro παῖς, *puer.*

8. *Quid faciunt Græci ad evitandum hiatum, ſeu concurſum vocalium?*

1. Poſtponunt ν terminatis in σι, ξι, ψι, tertiiſque perſonis in ε, ut εἴκοσιν ἄνδρες, Dem. *viginti viri*, pro ἄνδρες εἴκοσι. δέδωκεν αὐτῷ, *dedit ipſi.* 2. οὐ, μέχρι, ſimileſque particulas præmittunt conſonantibus, ſed οὐκ, μέχρις, & ceteras vocalibus. οὐκ ἴδον, οὐ πυθόμην, Hom. *non vidi, non audivi.* οὐχ aſpirationi præponitur, ut οὐχ ἥνδανε, *non placebat.*

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER

LIBER SECUNDUS.

De Vocibus, ac præcipue nominibus.

CAPVT PRIMVM.

De Vocibus generatim, & Articulo.

1. ***Quamvis revera tantum ſint tres vocum ſpecies, Nomen, Verbum, & Particula: quæ tamen vulgo vocitantur Octo Partes Orationis?***

Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Præpoſitio, Conjunctio.

SApiens Ariſtoteles aliique, tria vocum genera tantum conſtituebant: quæ ſunt ὌΝΟΜΑ, *nomen*, quod & pronomen & participium & articulum continet, quia declinantur; ΡΗΜΑ, *verbum*, quod ſolum conjugatur; & ΣΥΝΔΕΣΜΟΣ, *convinctio*, vel particula ſuo ambitu coërcens præpoſitionem, adverbium (quo refer interjectionem) & conjunctionem.

2. ***Quot ſunt Numeri?***

Tres, Singularis, Dualis, & Pluralis. Duali, cum de duobus eſt ſermo, utimur rarius.

ATtici aliquando duûm numero utuntur: quem ut præſens Græcia abhorret, ita Diomedes docet, antiquos Græcos eo numero caruiſſe, quam deinceps conſuetudinem Æoles, & Latini perpetui horum imitatores, ſemper retinuerunt. Ut igitur convenientia Græcæ & Latinæ Flexionis in nominibus ac verbis muſtæ ætati fiat facilior, Doctor Pariſienſis non male judicavit, tironibus recte conſuli, ſi exercitentur flectendo ſolo ſingulari & plurali numero. Quod mihi eo magis arridet, quo diligentius analogiam expendo, quæ paucis præceptiunculis viam monſtrat & rationem omnia δυϊκὰ facile formandi à plurativis.

Pri-

Primo igitur nominum dualis nominativus formatur à dativo ſingulari, ι ſubſcripto rejecto (nam ad latus poſitum tranſit in cognatum ε) atque η flexione Dorica mutato in α.

Secundo, Genitivus dualis ab eodem caſu derivatus, & ι ſubſcriptum elevans juxta latus collocat, poſtpoſito ν: Si enim ante ι lateri hæſerit, præponit ſibi inſuper ο, in quod ſecunda declinatio, non Attica, ſuum mutat ω.

1. Ita τὼ αἰτία, τὼ τιμά, τὼ λόγω, ξύλω, μενέλεω, τὼ ἐλπίδε, βέμβικε.
2. τοῖν αἰτίαιν, τοῖν τιμαῖν, τοῖν λόγοιν, τοῖν μενέλεων. & τοῖν ἐλπίδοιν, βεμβίκοιν.

descendunt à dativo ſing. τῇ αἰτίᾳ, τῇ τιμῇ, τῷ λόγῳ. ξύλῳ, μενέλεῳ. τῇ ἐλπίδι, βέμβικι.

Tertio, in verbis μεν plurale tollit primam perſonam dualem: μεθα vero ſuum α convertit in ον. Sic τυπτόμεθον, *nos duo verberamur*, formatur à τυπτόμεθα, *nos plures verberamur*.

Quarto, ε ſecundæ pluralis ον poſtulat in ſecunda & tertia duali: niſi illa tertia ην requirat ob tertiam pluralem, non terminatam in ι vel αι. ita τύπτεσθον, *vos duo verberamini*, & *illi duo verberantur*, venit à τύπτεσθε, *vos plures verberamini*: Sed ἐτυπτέσθην, *illi duo verberabantur*, in tertia duali imperfecti facit ην, quia ἐτύπτοντο, *illi plures verberabantur*, terminatur in ο, non in ι vel αι.

Si quis igitur provectiorum has regulas ediſcat, cum apud claſſicos ſcriptores occurret ipſi duûm numerus, minus frequens: tuto illum quivis tirunculus prætermittet in declinando & conjugando. Quod ſi nonnulli tamen ducantur conſuetudine ſcholarum moroſa, ecce, & illis morem gerimus: dedimus enim operis noſtris hoc negotii, ut Dualem numerum exprimant minutiori characterum genere.

3. *Quot caſus uſurpant Græci?*

Sex, ut Latini.

Barbari nunc Græci quatuor celebrant caſus, rejecto Dativo & Abl. in cujus vicem utuntur Gen. Niſi in Gloſſ: H: Stephani plures more veteri hunc in modum enumerantur:

Caſus ſunt ſex, Πλώσεις εἰσὶν ἕξ.
Nominativus, Ὀνομαστικός.
Genitivus, Γενικός.
Dativus, Δοτικός.
Accuſativus, Αἰτιατικός.
Vocativus, Κλητικός.
Ablativus, Ἀποκομιστικός.

Hic Gloſſator πλῶσις ὀνομαστικὸς Atticè ponit pro ὀνομαστική. ut Scholiaſtæ efferunt. Caſus Ablativus, qui multis ſolidis argumentis approbatur à Doct. Pariſienſi

pag: 455. 456, 457, ſemper Dativo ſimilis terminatione, quod & locum habuit apud veteres Latinos. Vide Sciopp. Annot: ad Gramm. Philos. In duali numero Nominativus, Accuſativus & Vocativus eandem habent terminationem: ut & alii tres αιν, οιν, ων, terminatione conveniunt.

4. *Cum articulus Poſtpoſitivus*, ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod, *referatur inter Pronomina Relativa: quomodo Præpoſitivus* ὁ, ἡ, τὸ, *inflectitur, qui Nominibus præponitur in declinando?*

Sing.

	Maſc.	*Fem.*	*Neutr.*
N. V.	ὁ,	ἡ,	τὸ, *Belgice,* een/ het/ de.
G.	τȣ͂,	τῆς,	τȣ͂.
D. ABL.	τῷ,	τῇ,	τῷ.
ACC.	τὸν,	τὴν,	τό.
N. V. AC.	τὼ,	τὰ,	τώ. { *Dual.*
G. D. ABL.	τοῖν,	ταῖν,	τοῖν.

Plur.

N. V.	οἱ,	αἱ,	τά.
G.	τῶν,	τῶν,	τῶν.
D. ABL.	τοῖς,	ταῖς,	τοῖς.
ACC.	τȣ̀ς,	τὰς,	τά.

1. Articulus vocativo caret; præterquam apud Atticos, eorumque imitatores, qui nominativo vocativum ſimilem faciunt. Alii adverbium ὦ anteponunt vocativo.

2. In duali τὼ æque in femininoatque in Maſculino dicitur. Videmus enim ſic uſurpari, ut τούτω. μόνω apud Xen. τούτω τω ἡμέρα, pro τὼ ἡμέρα, ταύτα. Plat. τούτω τὼ τέχνα.

CAPUT

CAPUT SECUNDUM.

De Declinationibus univerſim, & præcipue prima.

1. *Quot revera ſunt Declinationes Græcæ?*

Tres in univerſum.

ALii Grammatici conſtituunt numerum decem declinationum. Quarum quinque priores dicuntur ἁπλαὶ *ſimplices*, & quinque poſteriores, συνηρημέναι, *contractæ*. Wellerus tres decrevit eſſe declinationes, cum ob eaſdem formationes caſuum, tum terminationes.

2. *Quid diligenter obſervandum eſt in duabus prioribus?*

1. Prima articuli feminini, ſecũda maſculini vel neutri terminationem adſciſcit in pleriſq; obliquis, certe dualibus & pluralibus nõ Atticis.

2. Dativo fere ſemper ſubſcribitur ι. ut τῇ μούσῃ, τῷ λόγῳ.

3. Accuſativus deſinit in ν, qui nominativi vocalem ſibi præfigit, ut τὴν μοῦσαν ab ἡ μοῦσα, τὴν τιμὴν ab ἡ τιμὴ. τὸν λόγον ab ὁ λόγος, τὸν μενέλεων ab ὁ μενέλεως.

3. *Quæ eſt prima declinatio?*

Prima eſt femininorum in A vel H, ut, ἡ μοῦσα, *Muſa*, ἡ τιμὴ, *honor*: Et maſculinorum in ΑΣ vel ΗΣ, ut ὁ Αἰνέας, *Æneas*, ὁ χρύσης, *Chryſes*. ὁ λῃστὴς, *prædo*: numquam ἡ λῃστὴς, ſed ἡ λῃστρὶς, *prædatrix*. Vide Steph. Paralip. p. 108.

EAdem plane ratio primæ declinationis Latinæ: quæ itidem quatuor habet terminationes, *a*, *e*, *as*, *es*, & quidem eodem ordine, duas femininas in *a* & *e*, duas maſculinas *as* & *es*.

Hæc Muſa,	ἡ Μοῦσα.	*Hic Æneas*,	ὁ Αἰνείας.
Hæc Epitome,	ἡ Ἐπιτομή.	*Hic Anchiſes*,	ὁ Ἀγχίσης

4. *Quomodo deſinunt Genitivi?*

1. Feminina faciunt genitivum in ης, ut, μούσης. Sed finita in δα, θα, ρα & α purum faciunt genitivum in ας; dativum in ᾳ diphthongum Λήδα, Λήδας, Λήδᾳ. Μάρθα, μάρθας, μάρθᾳ, *Martha*. ἡμέρα, -ρας, -ρᾳ, *dies*. φιλία, -ας, -ᾳ, *amicitia*.

1. HUc adde quædam in λα & μα, puta ἡ Ἄπαιμα, τῆς ἀπαίμας, ἡ Φιλομήλα, τῆς Φιλομήλας De quibus ἡ θίκλα τῆς θίκλας Steph. Paralip. p. 115. 116.

2. Ad α purum referes contractum ᾶ pro άα. ἡ μνᾶ. pro μνάα. *mina*, τῆς μνᾶς. pro μνάας. Eodem modo declinatur. Ἀθηνᾶ *Minerva*. Ναυσικᾶ, *Nauſicaë*.

2. Maſculina faciunt Genit. in ου, ut τοῦ Αἰνείου. Sed nonnulla recepto more Genit. faciunt in α, præcipue propria; ὁ Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ: Sic appellativa ὁ πάππας, *papa*, *pater*, τοῦ πάππα. Quædam in communi lingua utramque obtinent terminationem, Ἀρχύτας, Ἀρχύτου, vel Ἀρχύτα: & aliqua appellativa, ut πατραλοίας, *parricida*; μητραλοίας, *matricida*.

AD inſtar τοῦ Θωμᾶ declinantur, ὁ βοῤῥᾶς, *Boreas*: Μηνᾶς. Κοσμᾶς, Κηφᾶς, Λουκᾶς, Ἀχιλλᾶς, item Καιάφας. *Caiaphas*, τοῦ Καιάφα, non Καιάφου. Invenitur etiam apocope litteræ ς in nominibus in ῆς deſinentibus, ut ὁ Δρῆς, τοῦ Δρῆ *Dres*: ὁ Ποδῆς, τοῦ Ποδῆ, *Podes*, ſecundum Gazam. Eandem quoque patiuntur: ὁ Καμῦς, τοῦ Καμῦ, τῷ Καμῦ, τὸν Καμῦν, *Camylus*; ſic etiam Διονῦς, *Bacchulus*; ὁ Κλαυσοῦς, *Clauſilus*. Etiam ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, ὦ Ἰησοῦ. JESUS.

2. ου & α habent πατραλοίας, μητραλοίας, Ἀρχύτας. Παυσανίας Σφοδρίας. Χαρώνδας, Φιλώνδας. Τὸ ὀρνιθοθήρα, θυννοθήρα, γεννάδα, eſt uſitatius quam ὀρνιθοθήρου, &c. è contrario ſæpius legitur τοῦ Κλεινίου, Λεωνίου. Ἀμυνίου. Νικίου; Παυσίου, Ξανθίου, δευτερίου, &c. quamvis δευτερία producitur ex Dioſcoride. Genitivus in α ex Dorica dialecto traductus eſt in Communem.

5. *Quomodo Dativus ſing. & reliqui obliqui terminantur?*

Sequuntur ubique terminationem articuli feminini, ut τ-ῇ τιμ-ῇ, τ-ὴν τιμ-ήν. αἱ τιμ-αὶ.

Digitized by Google

I I.

ECVN ECLINAT.

Sing.

ὁ μ ... ης.

ὁ, ... ης. vel

τοῦ μ ... ες.

τῷ μ ... ενε ... .

τὸν μ ... ενε ... ι.

ενε ... α.

οἱ, lural.

τῶν μ ... ενε ... ες.

τοῖς μ ... ενέ ... ων.

τοὺς μ ... ενε ... σι.

ενε ... ας.

τὸ, ὦ sing.

τοῦ εὐ ... .

τῷ εὐ ... .

ι.

τὰ, ὦ lur.

τῶν εὐ ... ε ... α.

τοῖς εὐ ... ων.

α.

I T E

ξύλ-ω.

λ-οιν. μ

... ατ-ε, τείχε ε.

ommuni ... ημάτ-οιν, τει

Comm.

λ- α

λ-α-ῶ ... p. 26.

ις λ-α ...

ς λ-α ...

'LARIA.

6.

ἡ Λητώ. declin. 3.
ὦ Λητοῖ.

τῆς Λητ- όος -ς,
Λητ- οῦ -ς.

τῇ Λητ- όϊ,
Λητ- οῖ.

τὴν Λητ- όα,
Λητ- ώ.

6.

αἱ, ὦ Λητοί.
(2. declin. ut οἱ λόγοι.)

τῶν Λητῶν.

ταῖς Λητοῖς.
τὰς Λητούς.

τὼ, ὦ Λητώ.

ταῖν Λητοῖν.

ntio fit p. 47.

τιμ-αὶ, τ-ῶν, τιμ-ῶν, &c. Sed ας facit in Dat. α: α & αν in Acc. ſingulari αν: τῷ αἰνέα, τ͂ αἰνέαν, τὴν μοῦσαν. ſcilicet Doricus articulus facit τᾶ, τὰν pro τῇ, τήν.

6. *Cum Vocativus ſemper poſſit eſſe ſimilis nominativo, quænam interdum aliter formantur in prima declinatione?*

1. ΑΣ & ΗΣ abjiciunt Σ nominativi, ut ὁ αἰνέας, ὦ αἰνέα. ὁ χρύσης, ὦ χρύση, cum & rectum ſit ὦ χρύσης in Voc.

2. Vocativus nominum in της exit in α breve, τοξότης, *ſagittarius*, ὦ τοξότα. Sic gentilia Σκύθης, ὦ Σκύθα, *Scytha*: & Poëtica in πης, κυνώπης, ὦ κυνῶπα, *impudens*: & compoſita ex verbis μετρῶ, *metior*; πωλῶ, *vendo*; τρίβω, *tero*; ut γεωμέτρης, *geómetra*; βιβλιοπώλης, *bibliopôla*; παιδοτρίβης, *pædotriba, puerorum exercitator*. Voc. ὦ γεωμέτρα, &c.

3. Sed quæ in στὴς deſinunt, utramque terminationem habent, ut λῃστὴς, *latro*, ὦ λῃστὴ vel λῃστά.

A Πέρσης, *Perſa* venit ὦ Πέρσα: Πέρσης autem nomen proprium facit ὦ Πέρση. Invenitur quoque Ὑψιέστα, & Ἀρέστα, ab Ὑψιέστης, & Ἀρίστης, nominibus propriis. Quidam adjungunt hæc tria, ὦ λάγνα, *ô libidinoſe*; μονάρχης, & Πυρρίχης. Stephanus judicat veriſimile, rectum quoque eſſe ὦ χρύσα. In Paralip. p. 115. Contra tria nomina in της dicuntur η retinere, ut ὦ καλλιπέτη, *Callipeta*; Κιναρέτη; *Ænareta*: & Αἰήτη, *Æeta*.

7. *Quomodo flectis igitur Pluralia?*

Omnia habent eaſdem terminationes, & maſculina & feminina, ſc. αι, ων, αις, ας. Tota vero Paradigmata Tabula docet.

1. Similitudo terminationum eſt etiam in Dualibus, α, αιν: ſicut maſc. femin. & neutra in ſecundâ faciunt ω, οιν vel ων: in tertiâ ε & οιν.

2. Grave onus & Wellerus, & nos Scholaſtici tironum humeris olim impoſuimus, cum illos excarnificavimus varietate exemplorum τονοδεικτικῶν. Accentuum ratio eſt multis partibus difficilior ipſa declinatione: hæc autem facillima erit, ſi Proſodia ſit convenientior Latinæ, ſi nova exempla declinaturi obſervent regulas, naturalis quantitatis. Liceat pueris aliquamdiu obſecro, quod olim ſemper,

præſtantioribus Græcis, *αινιας*, *αινειν*, vel ΑΙΝΕΑΣ, ΑΙΝΕΟΥ ſcribentibus, & pronuntiantibus *αἰνέας*, *αἰνέα*. Sic & *θυελλα*, *tempeſtas*, *θυελλης* novus tiro ſcribat, ac viva voce producat utrobique ſecundam *θύελλα*, *θύελλης*, non *θυελλα* in nom. Accentus eſſe commentum Gramm. infra docebimus poſt Proſodiam.

3. Ut *μοῦσα*, declinentur fem. *γλῶσσα*, *lingua*, *δόξα*, *opinio*, *ἅμαξα* vel potius *ἁμάξα*, *plauſtrum*, &c. Sed *σφῦρα*, *malleus*, *μαῖα*, *obſtetrix*, &c. faciunt *τῆς σφύρας*, *τῇ σφύρᾳ*, &c. Vid. Quæſt. 4. h. c.

Ut *τιμὴ*, *βροντὴ*, *tonitru*: *ἀστραπὴ*, *fulgur*: *νίκη*, *victoria*: *ὀμίχλη*, *nebula*.

Ut *αἰνίας*, flectantur maſc. *νεανίας*, *adoleſcens*: *κοχλίας* *limax*. *Αἰνίας* eſt Poëticum, ut *Ανδρείας*, apud Nonnum Paraphr. ut enim apud Lucam eſt *Αἰνέας*, ſic apud Matth. *Ανδρέας*.

Ut *Χρύσης*, ſic *ὁ γύης*, *jugerum*, *arvum*, *pars aratri*: *Αγχίσης*, *Anchiſes*, &c.

CONTRACTIONES.

Contractio in hac declinatione fit ſola eliſione vocalis ante terminationem in omnibus caſibus.

1. A venit ab *αα*, ut *Ἀθηνᾶ*, ab *Ἀθηνάα*, *Minerva*: vel ab *εα*, cum ante *ε* vocalis, vel *ρ* datur, ut *ἐρέα*, *ἐρᾶ*, *lana*: *πορφυρέα*, *πορφυρᾶ*, *purpurea*.

2. H venit ab *εα* ſine præcedente vocali vel *ρ*, ut *γέα*, *γῆ*, *terra*: *λεοντέη*, *λεοντῆ*, *leonina*: vel ab *εη*, ut *ἁπλέη*, *ἁπλῆ*, *ſimplex*: *τῆς ἁπλέης*, *ἁπλῆς*, &c.

3. ΗΣ venit ab *εας* & *εης*, ut *ὁ Ἀπελλέης*, *Ἀπελλῆς*, *Apelles*: *Ἑρμέας*, *Ἑρμῆς*, *Mercurius*, *τοῦ Ἑρμοῦ*, *τῷ Ἑρμῇ*, &c.

CAPUT TERTIUM.

De Declinatione ſecunda.

I. *Quæ eſt ſecunda Declinatio?*

Secunda Declinatio deſinit in ΟΣ, ΟΝ, ΩΣ, ΩΝ, in Nominativo: & Genitivo in *ου*, vel *ω*: ut, *ὁ λόγος*, *τοῦ λόγου*, *ſermo*: *ὁ Μενέλεως*, *τοῦ μενέλεω*, *Menelaus*: *τὸ ξύλον*, *τοῦ ξύλου*, *lignum*: *τὸ εὔγεων*, *τοῦ εὔγεω*, *fecundum*.

Hæc declinatio convenit cum ſecunda Latinorum, quæ *ος* & *ον* nonnunquam adſcivit in ſuam civitatem, & in multis mutat

tat formâ propriâ *us*, & *um*; ut *Delos*, & *Delus*, inſula quædam; *ſympoſion*, & *ſympoſium*. Pura puta Latina interdum quoque *os* habent, ut *ſervos*, apud Terent: pro *ſervus*.

2. *Cujus Generis ſunt hæc Nomina?*

1. ΟΣ & ΩΣ plerumque ſunt maſculini generis, ut ὁ λαὸς, ὁ λεὼς, *populus*: aliquando etiam feminini, ut ἡ ὁδὸς, *via*: ἡ ἅλως, *area*; vel communis generis, ut ὁ, ἡ ἄνθρωπος, *homo*, *vir*, *femina*: ὁ, ἡ ἔυγεως, *fecundus*, *a*. De adjectivis vide Quæſt: I. cap. VII. l. 2.

2. ΟΝ & ΩΝ ſemper ſunt Neutra: ut τὸ ξύλον, τὸ ἔυγεων. τὸ χρεὼν, τοῦ χρεὼ, *debitum*: quamvis & pro eo dicatur τὸ χρέως, τοῦ χρέω.

Cum pleraque nomina in ος ad maſculinum genus pertineant, nihil antiquius aut conducibilius erit ad genera vera in verſionibus reperienda, quam ut cum Schotto & Sylburgio diverſis Lexicis diffidentes, cum ſæpius errent, aut inter ſe diſſideant, ος commune vel femininum internoſcamus ex Regulis ſequentibus, quæ inſimul anſam præbebunt maſculinis agnoſcendis.

I. DE GENERE FEMININO.

1. Eorum, quæ ος habent, muliebria ſunt

1. Quædam ſynonyma, ut ἡ
- ὁδὸς, ἀτραπὸς ἀταρπιτὸς, οἶμος, *via*, *trames*: quamvis Heſiodus dixerit μακρὸς οἶμος.
- ἄμμος, ἄμαθος, ψάμμος, ψάμαθος, *arena*.
- δέλτος, βίβλος, *liber*.
- κόπρος, μίνθος, *ſtercus*, *merda*.
- πύελος, ἀσάμινθος, *ſolium*.
- τάφρος, κάπετος, *foſſa*.

2. Quædam nomina ſimplicia cum compoſitis ſuis, ut ἡ
- βάλανος, *caſtanea*, &c. μυροβάλανος, *fructus*, *unde ſuccus vel unguentum exprimitur*.
- νάρδος, *nardus*. ψευδόναρδος, *pſeudonardus*.
- ἄμπελος, *vinea*. ἀγριάμπελος, ἀγρίαμπελος, *vinea ſilveſtris*.

3. Ἐλλειπτικοὶ, quæ ſubaudiunt ſubſtantivum, ut ἡ

1. ἔρημος, *eremus*: ἤπειρος, *continens*: νεὸς, νειὸς, ſcilicet ἡ γῆ, *novale*, Dreſland.
2. λαοφόρος, λεωφόρος, *via publica*: τροχήλατος, *orbita*: ſcil. ἡ ὁδός.
3. ἄβυσσος, *abyſſus*, ſcilicet χώρα, vel ſimile quid. ὁ, ἡ ἄβυσσος, adjective, *carens fundo*.
4. ἀντίδοτος, *antidotus*: ἔμπλαστρος, *emplaſtrum*, ſcilicet δύναμις. λυσιμάχιος, *lyſimachium*, partijcke/ weyderick: ſcil. πόα, βοτάνη, *herba*. Sed dicitur etiam τὸ ἀντίδοτον, ἔμπλαστρον, λυσιμάχιον, intellecto φάρμακον, φυτὸν, vel βοτάνιον.

4. Regiones, urbes, inſulæ, arboreſque, ut:

1. ἡ Δῆλος, *Delus*.
2. ἡ αἴγειρος, *populus nigra*: πύξος, *buxus*: σχῖνος, *lentiſcus* maſtickboom. ῥάμνος, *ſpina alba*. ſed ὁ ἐρινεὸς ſeu ἐρινὸς, *caprificus*, ſolum maſculinum eſt: & ſequentia communia, ut ὁ ſæpius ἡ κόμαρος, *arbutus*: ὁ, ἡ πρῖνος, *ilex*: ὁ, ἡ συκάμινος, *morus*, *cujus fructus dulcis inſtar fici*.

5. Congeries quædam nominum quaſi viginti: ut ἡ

ἄσφαλτος, *bitumen*.
δοκὸς, *tignum*, *trabs*: δρόσος, *ros*.
κάμινος, *caminus*, *fornax*: κάρδοπος, *mactra*: κιβωτὸς, *arca*.
λήκυθος, *lecythus*, *ampulla olearia*.
μήρινθος, *funiculus*: μίλτος, *minium*, *rubrica*.
νῆσος, *inſula*: νόσος, *morbus*: ῥάβδος, *virga*, *bacillus*:
ῥάφανος, *raphanus*: σποδὸς, *cinis*: σορὸς, *ſandapila*, *loculus*: nam ὁ σωρὸς eſt *cumulus*.
τήβεννος, *toga*: τίτανος, *calx*: & pauca alia, quæ uſus docebit.

II. DE GENERE COMMUNI.

Sunt & aliqua nomina in ος, quæ duo habent genera, vel cum, vel ſine diſcrimine.

1. Sine diſcrimine, ut, ὁ, ἡ

ἄκατος, *genus navigii actuarii*.
κνῆκος, *herba croco ſimilis*.
μάρμαρος, *marmor*.
ὀρίγανος, *origanum*, baſtaard marjolijn.
ῥινὸς, *pellis*, *corium*.
σπάρτος, *ſpartus*, *funis ſparteus*.
στάμνος, *urna*, *amphora*.
χάλκανθος, *chalcanthus*, koper-water.

1. Signi-

2. Cum diſcrimine.

1. Significationis, ut ὁ ζυγὸς, *jugum*: ἡ ζυγὸς, *libra*: ὁ ἵππος, *equus*, ἡ ἵππος, *equa*, *equitatus*: ὁ λέκιθος, *piſum*, ἡ λέκιθος, *ovi luteum*: ὁ ὄαρος, *colloquium*, ἡ ὄαρος, *conjux*: ὁ, ἡ θόλος, *fornix*, ἡ θόλος, *locus quidam Athenienſium*: ὁ, ἡ κρύσταλλος, *cryſtallus*, ὁ κρύσταλλος, *glacies*: ὁ, ἡ κύανος, *cyanus, lapis coloris cærulei*, ὁ κύανος, *color cæruleus*: ὁ, ἡ λίθος, *lapis pretioſus*, ὁ λίθος, *lapis quivis*: ὁ, ἡ πάπυρος, *planta quædam*, ἡ πάπυρος, *charta*: ὁ, ἡ χοῦς, *agger*, ὁ χοῦς, *congius*: ὁ, ἡ χοῖνος *ſexaginta ſtadia*: ἡ χοῖνος, *funis*.

2. Dialecti. Communis enim dialectus requirit ὁ ἄσβολος, *fuligo*: ὁ βῶλος, *gleba*: ὁ θόλος, *fornix*: ὁ στρύχνος, *ſolanum*: ὁ ὕαλος, *vitrum*: Attica autem ἡ ἄσβολος, βῶλος, θόλος, στρύχνος, ὕαλος. Communis eſt Dialectus, ὁ λιμὸς, *fames*: Dorica autem & Poëtica ἡ λιμός. Communis, ὁ ἡμίονος, *mulus*: ὁ ἐλλὸς, *hinnulus*: Ionica autem ἡ ἡμίονος, ἡ ἐλλός. Eodem modo in tertia declinatione Communis dialectus habet, ὁ κίων, *columna*: & Ionica ἡ κίων.

Præterea pauca quædam genus habent incertum, ut ἡ αἴγυρος, *herba quædam capris grata*: ὕριος, *ſervitus*, *carcer*. &c.

III. DE GENERE NEUTRO.

1. Pro terminatione Attica ων invenitur etiam ω, ut τὸ ἀγήρω, *ſenii expers*, apud Phil. pro τὸ ἀγήρων: & τὸ ἐπίπλεω apud Plutarch. ab ὁ, ἡ ἐπίπλεως, *plenus*.

2. Hoc eo minus mirandum putes, cum quoque ο ponatur pro ον, ut τὸ ἄλλο, *aliud*, nunquam τὸ ἄλλον. Huc refer Articulum τὸ, & quædam Pronomina, ὅ, *quod*, τοῦτο, ἐκεῖνο, αὐτὸ, *hoc*, *illud*, *ipſum*.

Attici retinent aliquando τὸ ν quamquam ſequatur conſonans, cum interea ν ab aliis abjiciatur: ut

τηλικοῦτον,	Att.	τηλικοῦτο,	Comm.	*tantum*.
τοιοῦτον,	Att.	τοιοῦτο,	Comm.	*tale*.
τοσοῦτον,	Att.	τοσοῦτο,	Comm.	*tantum*.
ταυτὸν,	Att.	τὸ αὐτὸ,	Comm.	*idem*.

αὐτὸν, pro αὐτὸ, *illud*, nunquam legitur.

Hoc ον, inquit Stephanus, ſæpiſſime invenitur ante vocalem, ut apud Ariſtoph. γραΐδιον τοιουτονὶ, *talis vetula* pro τοιουτὶ. Sæpe tamen legi hoc ον etiam ante conſonantem. Liban. t. 1. p. 8. τοιοῦτον κτῆμα. Chryſoſth: in Johan: p: 914. τηλικοῦτον τόλμημα. Euſtath in Od. p. 13. ἐς τουτὸν δηλοῦσιν οἱ ἄγριοι καὶ ἄγροικοι.

3. ***Quomodo nomina in* ΟΣ *&* ΟΝ *deſinentia declinantur, quam alii tertiam vocitant declinationẽ?***

1. Nomina in ος ſequuntur articulum Maſculini generis, τοῦ, τῷ, τόν, &c. Vocativus ſing. deſinit in ε, vel in ος Attice.

2. Nomina in ον ſequuntur Articulum neutrum, eandem enim habent terminationem in Nom. Acc. & Voc. ut Latina Neutra. Hoc docent Paradigmata ſequentis Tabulæ.

4. ***Quomodo nomina in* ΩΣ, ΩΝ *declinantur, quam alii vocitant quartam ſimplicium?***

ΩΣ, ΩΝ non eſt niſi Attica dialectus formata ab ΟΣ, ΟΝ, hunc in modum.

1. Vertitur enim ο in ω: οι in ῳ ſubſcribendo ι: ου in ω abjecto υ.

2. Si penultimum α corripitur, manet: ut ταὸς, ταὼς, *pavo*: λαγὸς, λαγὼς, *lepus*: κάλος, κάλως, *rudens*. Si autem α in αος producitur, mutatur in ε, ut, ναὸς, νεὼς, *templum*: λαὸς, λεὼς, *populus*.

3. Vocativus ſemper ſimilis nominativo: quia Atticus.

4. Neutrorum α migrat in ω Duale: ut τὼ ἔυγεω, pro τὼ ἔυγεα, vel ἔυγεια. Vide Tabulam.

1. Ut λόγος, ſic quoq; ὁ κῆπος, *hortus*: ἡ ἄμπελος, τῆς ἀμπέλου, *vitis*: ἡ ὁδὸς, τῆς ὁδοῦ, *via*, &c. declinantur.

2. Μῆλον, *Pomum*: ἄπιον, ἀπίου, *pirum*, &c: λάχανον *olus*, &c. ut ξύλον.

3. ἵλεως, *propitius*, a: τὸ ἵλεων, *propitium*, &c. ut Μενέλεως, & ἔυγεων.

4. Pro ων in accuſativo multa nomina habent ω: ut, ὁ ἄθως, τὸν ἄθω, *mons Athos*; ἡ ἕως, τὴν ἕω, *Eos*, *aurora*: ἡ Κέως, τὴν Κέω, *inſula Ceos*: ἡ Κῶς, τὴν Κῶ, *inſula Cos*: ὁ λαγὼς, τὸν λαγὼ, *lepus*: τὸν θεὸν ἵλεω, *Deum miſericordem*, legitur apud Gregor. His adde ἀγήρω, πλέω, eorumque

rumque compoſita: ut τῦ & τὸ ἔκπλεω, ἀνάπλεω, ἔμπλεω, ἐπίπλεω, περίπλεω. Σύκων ἐπίπλεω τὸ ἀγγεῖον, Plutarch. Nonnulla quoque propria, ut Τυνδάρεω, Μενέλεω. Multa autem eorundem præcedentium nominum etiam ων habent, ut τῦ ἄθων, Herod: τῦ λαγών, Plutarch: & ſic deinceps.

6. Latini Atticos imitati ſunt, dicentes *Letum Androgeo*, Virg. pro *Androgei*. *Ad montem Atho*, Liv. *Ego quidem ſum Pauli, ego vero Apollo*, in Vulgata Verſione, ubi *Apollo* genitivus eſt ab ὁ Ἀπολλώς.

CONTRACTIONES.

1. Εο, εȣ, οο, οȣ contrahuntur in ȣ, ut alibi. Sic εα, οα in α. εαι in αι; εω, οω, οῳ in ω. εας in ας in hac declinatione: nam in tertiâ fit ȣς. Contractionum per omnes caſus ſunt exempla: ὁ ἀργύρεος, ἀργυρȣ̃ς, *argenteus*, τȣ̃ ἀργυρέȣ, ἀργυρȣ̃, τὸ ἀργύρεον, ἀργυρȣ̃ν, *argenteum*. τὰ ἀργύρεα, ἀργυρᾶ, *argentea*. τὸ διπλόον, διπλȣ̃ν, *duplex*, τὰ διπλόα, διπλᾶ, *duplicia*. Sic ὁ νόος, νȣ̃ς, *mens*. τȣ̃ νόȣ, νȣ̃; τῷ νόῳ, νῷ; τὸν νόον, νȣ̃ν; ὦ νόε, νȣ̃. D. τὼ νόω, νώ: τοῖν νόοιν, νοῖν. P. οἱ νόοι, νοῖ: τῶν νόων, νῶν: τοῖς νόοις, νοῖς: τȣ̀ς νόȣς, νȣ̃ς: ὦ νόοι, νοῖ.

2. Sic quoque comparata ſunt compoſita εὔνοος, εὔνȣς, *benivolus*: ἄνοος, ἄνȣς, *amens*, &c. A ῥόος, ῥȣ̃ς, *fluxus*, venit κατάρροος, κατάρρȣς, *defluxus*; καλλίρροος, καλλίρρȣς, *pulchra habens fluenta*. Compoſita autem nunquam mutant οα in α: non enim dicitur εὔνα, ſed εὔνοα, *benivola*. Eodem modo καλλίρροα, *pulchriflua*: εὔπλοα, *navigatu facilia*. In Genitivo etiam ſatius erit dixiſſe εὐνόων, καλλιρρόων, quàm εὐνῶν, καλλιρρῶν, &c.

3. Σάος hunc in modum contrahitur; ὁ σάος, σῶς, *ſalvus*; τȣ̃ & τὸ σάον, σῶν, *ſalvum*: τȣ̀ς σάȣς, & τὰς σάας, σῶς, *ſalvos*, *ſalvas*: Imo τὰ σάα, σᾶ, *ſalva*, apud Hezych. & Suid. Cetera non contrahuntur.

CAPUT QUARTUM.

De tertia Declinatione.

1. *Quæ eſt Tertia declinatio, cujus ambitu coërcemus quintam ſimplicium, & quinque contractas antiquiorum Grammaticorum?*

Genitivus in Tertiâ Nominativum ſuperat exiens in ος, Dativus in ι, Accuſativus in α vel ν. Vocativi ſæpe vox eadem ac Nominativi. Dualis Nominativus ε, Genitivus οιν. Pluralis

Nominativus ες, Genitivus ων, Dativus σι, Accuſativus ας. At neutrorum tres caſus plurales in α. Exempla integra Tabula exhibet.

In contractionibus autem terminatio nonnunquam variat, ut videbis cap. 5.

1. Hæc declinatio convenit cùm tertia Latinorum, quæ Genitivi terminationem ος, Accuſativi α & ας in quibuſdam: Dativi ι, cum Nominativi ες, & neutro α in omnibus nominibus ſibi vindicavit. Sic invenitur [illegible] Palla-dos, & deinde ο in ι mutato Palladis: ſolum vero patris à multis. Plato facit Platona, Platonem; Rhetor, Rhetores, & Rhetoras. Medull. Ariſtarchi. Voſſ. p. 49. 57, 64. & 65.

2. Ut Τιτὰν declinantur ἡ λαμπὰς, τῆς λαμπάδος, τῇ λαμπάδι, τὴν λαμπάδα, ὦ λάμπας, lampas. &c. ἡ φιλότης, τῆς φιλότητος, amicitia. ὁ πύργων, turris, propugnaculum. ὁ ἴβηρ, Hiſpanus, τοῦ ἴβηρος, τοῖς ἴβηρσι.

3. Secundum βῆμα, greſſus, veſtigium, tribunal, ſuggeſtus, declinatur quoque ῥῆμα, verbum: τὸ δέλεαρ, τοῦ δελέατος, eſca. τὸ μέλι, τοῦ μέλιτος, mel.

2. *Quot modis formatur Genitivus?*

Octo potiſſimum modis: ut in tertia Latinorum declinatione. compara tabellas duas paulo poſt ſequentes cum Medulla Voſſii p. 49, 50, &c.

3. *Reduc omnes ad duas Regulas.*

1. Quæcumque variantur & deſinunt in vocales, ν, vel ρ, formant Genitivum poſtpoſito ος & τος: ut τὸ σίνηπι, τοῦ σινήπι-ος, *ſinapi*: τὸ μέλι, τοῦ μέλι-τος, *mel*: ἡ μήκων, μήκων-ος, *papaver*; ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶν-τος, *Xenophon*. Quædam autem earum terminationum mutant præterea vocalem præcedentem ω in ο vel ου, & η vel υ in ε: ut ὁ πρίων, πρίο-ν-ος, *ferra*: ὁ δράκων, δράκον-τος, *draco*: ὁ τυπτῶν, τυπτοῦν-τος, *verberaturus*: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, *æther*: τὸ ἄστυ, ἄστ-ε-ος, *urbs*, *aſtu*.

2. Omnia deſinentia in σ (ſub quibus litteræ duplices ξ, ψ, continentur) formantur interpoſito ο, το, δο, θο, νο, ντο: ut ὁ ἅλς, ἁλ-ὸ-ς, *ſal*: ἄναξ (vel ἄνακς) ἄνακ-το-ς, *Rex*. Quædam autem nomina

mina hujus terminationis præterea ι & υ abjiciunt: ut ὁ κτεὶς, κτε-ν-ὸς, *pecten*: ὁ ποὺς, πο-δ-ὸς, *pes*. Vel mutāt η, υ in ε, ut ὁ Δημοσθέν-η-ς, Δημοσθέν-ε-ος, *Demoſthenes*: ὀξύς, ὀξέος, *acutus*: vel diphthongū dividunt, υ cū ο permutantes: ut ἡ ναῦς, ναὸς, *navis*.

TABULA PRIMA,

De Formatione Genitivi, comprehendens nomina deſinentia in vocalem, vel conſonantem ν, ρ.

I. Per ſolam Paragogen.

ΟΣ ſine litterarum mutatione poſtponunt ſibi nomina deſinentia in

1. ι, ιος: ut τὸ σίνηπι, τοῦ σινήπι-ος, *ſinapi*.
2. υ, υος: ut τὸ γόνυ, γόνυ-ος, *genu*.
3. αν, ανος: ut ὁ παιὰν, παιᾶν-ος, *paan*.
4. εν, ενος: ut τὸ τέρεν, τέρεν-ος, *tener*.
5. ην, ηνος: ut ὁ ἕλλην, ἕλλην-ος, *Græcus*.
6. ιν, ινος: ut ὁ δελφὶν, δελφῖν-ος, *delphin*.
7. ον, ονος: ut τὸ μεῖζον, μείζον-ος, *majus*: cum omnibus neutris ab ων, exceptis participiis.
8. υν, ύνος: ut ὁ μόσσυν, μόσσυν-ος, *propugnaculum*.
9. ων, ωνος: ut ὁ κλὼν, κλων-ὸς, *ramus*: ἡ μήκων, μήκων-ος, *papaver*.
10. αρ, αρος: ut ὁ, ἡ μάκαρ, μάκαρ-ος, *beatus*, τὸ νέκταρ, νέκταρ-ος, *nectar*.
11. ειρ, ειρος: ut ὁ φθεὶρ, φθειρ-ὸς, *pediculus*.
12. ηρ, ηρος: ut ὁ Σὴρ, Σηρ-ὸς, *Chinenſis*.
13. ορ, ορος: ut τὸ ἦτορ, ἦτορ-ος, *cor*.
14. υρ, υρος: ut ὁ ψίθυρ, ψίθυρ-ος, *ſuſurrus*.
15. ωρ, ωρος: ut ὁ φὼρ, φωρ-ὸς, *fur*: ὁ κέλωρ, κέλωρ-ος, *Eunuchus, vox, eques*.

II. Simul per Paragogen & Antitheſin.

ΟΣ ſibi ſubjungunt, υ in ε, η in ε ante ν & ρ, & ω in ο, terminata in

1. υ, εος: ut τὸ πῶυ, πώε-ος, *grex*.
2. ην, ενος: ηρ, ερος: ut ὁ λιμὴν, λιμ-έ-νος, *portus*, ὁ αἰθὴρ, αἰθ-έ-ρ-ος, *aër*.
3. ω, οος: ut ἡ Λητὼ, Λητ-ό-ος, *Latona*.
4. ων, ονος: ut ὁ πρί-ων, πρί-ονος, *ſerra*: ἡ σταγὼν, σταγ-όνος, *gutta*. ὁ, ἡ κύων, κυ-νὸς, *canis*, pro κύ-ονος.
5. ωρ, ορος: ut ὁ Νέστ-ωρ, Νέστ-ορ-ος, *Neſtor*.

1. α,

2. ΤΟΣ ſine mutatione poſt ſe admittunt.

1. α, ατος: ut τὸ ῥῆμα, ῥήμα-τος, *verbum.*
2. ι, ιτος: ut τὸ μέλι, μέλι-τος, *mel.*
3. Participia Neutra in αν, αντος: ον, οντος: εν, εντος: υν, υντος: ut τὸ, τύψαν, τύψαν-τος, *quod verberavit*: τὸ τύπτον, τύπτον-τος, *verberans*: τὸ τυπῶν, τυποῦν-τος, *verberaturum*: τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντος, *jungens.*
4. ἡ δάμαρ, δάμαρ-τος, *mulier*, apud poëtas: apud quos etiam invenitur ἡ θέμις, θέμιτος, pro θέμιδος, *jus, lex.*
5. ων, ωντος: ut ὁ Ξενοφῶν, Ξενοφῶν-τος, *Xenophon.*

3. ΤΟΣ antecedente mutatione τοῦ ω in ο vel ου ſibi poſtponunt.

1. ων, οντος: ut ὁ δράκ-ω-ν, δράκ-ον-τος, *draco*: ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans*: ὁ τυπ-ώ-ν, τυπ-ό-ν-τος, *qui verberavit*, in aoriſto ſecundo.
2. ων, ουντος: ut ὁ τυπ-ῶν, τυπ-οῦντος. *verberaturus*, cum omnibus ſecundis futuris activis: etiam præſentibus ex έων, όων contractis: ut ποι-ῶν, ποι-οῦντος (pro ποιέων, ποιέοντος) *faciens*: χρυσ-ῶν, χρυσ-οῦντος (pro χρυσό-ων, χρυσό-οντος) *inaurans.*

TABVLA SECVNDA,

Comprehendens omnia nomina in σ deſinentia, ſub quibus continentur ξ, ψ.

I.

Hic genitivus ſola formatur

EPENTHESI.

1. Interponitur ο ante ς, ut

1. ας, αος: ut ὁ λάας, λάα-ο-ς; vel ὁ λᾶς, λᾶ-ο-ς, *lapis.*
2. ες, εος: ut τὸ ἀληθὲς, ἀληθέ-ο-ς, *verum.*
3. ις, ιος: ut ὁ ὄφις, ὄφι-ο-ς, *ſerpens*: ἡ πόλις, πόλι-ο-ς, *urbs.*
4. υς, υος: ut ὁ μῦς, μυ-ό-ς, *mus.*
5. ως, ωος: ut ὁ τρὼς, τρω-ὸ-ς, *Trojanus.*
6. λς, λος: ut ὁ ἅλς, ἁλ-ὸ-ς, *ſal.* ἡ ἅλς, *mare.*
7. Deſinentia in ξ, ψ; quorum ξ primo mutatur in γς, κς, χς, ut ὁ, ἡ ἅρπαξ (pro ἅρπαγς) ἅρπαγ-ο-ς, *rapax*: ὁ θώραξ (pro θώρακς) θώρακ-ο-ς, *thorax*: ὁ, ἡ βὴξ (pro βήχς) βηχὸς, *tuſſis* ξ

tuſſis: θρὶξ, τριχὸς, crinis: ubi τ datur propter ſequentem aſpiratam χ. Secundo ψ in βος, πος, φος, ut ὁ Ἄραψ (pro ἄραβς) ἄραβ-ο-ς, Arabs: ἡ φλὲψ, φλεβ-ὸ-ς, vena: ὁ ὢψ (pro ὢπς) ὠπ-ὸ-ς, vultus: ἡ λαῖλαψ, λαίλαπ-ο-ς, tempeſtas: ὁ Κίνυψ (pro κίνυφς) κίνυφ-ο-ς, flumen in Africa: ἡ κατῆλιψ, κατήλιφος, ſchala.

2. τ ante ς, ut

1. ας, ατος: ut τὸ γῆρας, γήρα-το-ς, ſenium, τὸ ὕδωρ, ὕδα-το-ς, aqua, ab antiquo ὕδας. Sic etiam τὸ σκὼρ, σκατός, merda.
2. αις, αιτος: ut ἡ δαὶς, δαι-τὸ-ς, cibus: τὸ σταὶς, σται-τὸ-ς, farina.
3. ης, ητος: ut ὁ λέβης, λέβη-το-ς, lebes.
4. ις, ιτος: ut ἡ χάρις, χάρι-το-ς, gratia.
5. ος, οτος: ut τὸ τετυφὸς, τετυφό-το-ς, quod verberavit.
6. ως, ωτος: ut ὁ γέλως, γέλω-το-ς, riſus: τὸ οὖς, ὠ-τὸ-ς, auris, quaſi ab ὦς.
7. ρς, ρτος: ut ὁ, ἡ μάκαρς, μάκαρ-το-ς, felix.
8. Deſinentia in duplicē litteram, ut ἄναξ pro ἄνακς, ἄνακ-το-ς, Rex: ἡ νὺξ (pro νύκς) νυκ-τὸ-ς, nox.

3. δ: ut

1. ας, αδος: ut ἡ ἑβδομὰς, ἑβδομά-δο-ς, hebdomas.
2. αις, αιδος: ut ὁ, ἡ παῖς, παι-δὸ-ς, puer.
3. εις, ειδος: ut ἡ κλεὶς, κλει-δὸ-ς, clavis, τὴν κλεῖδα, & κλεῖν. in plurali numero κλεῖς, pro κλεῖδας Matth: 16.
4. ις, ιδος: ut ὁ Πάρις, Πάρι-δο-ς, Paris: ἡ Ἀμαρυλλὶς, Ἀμαρυλλί-δο-ς, Amaryllis.
5. υς, υδος: ut ἡ χλαμὺς, χλαμύ-δο-ς, chlamys: ὁ, ἡ ἔπηλυς, ἐπήλυδος, advena.
6. ως, ωδος: ut ἡ φῶς, φω-δὸ-ς, puſtula.

4. θ, ut:

1. ις, ιθος: ut ὁ, ἡ ὄρνις, ὄρνι-θο-ς, gallus, gallina, ἡ μέρμις, μέρμιθος, funis.
2. υς, υθος: ut ἡ κόρυς, κόρυ-θο-ς, galea.
3. νς, νθος: ut ἡ ἕλμινς, ἕλμιν-θο-ς, vermis.

5. ν: ut

1. ας, ανος: ut ὁ μέλας: μέλα-νο-ς, niger.
2. ις, ινος: ut τὶς, aliquis, aliqua, τι-νὸ-ς, alicujus: τινὶ, τινὰ, τινὲς, &c. τὶς autem cum ſignificat quis, qua, cum accentu acuto, eundem retinet ubique loco primo: ut τίνος, τίνι, τίνα, τίνες, &c.

6. ντ: ut

1. ας, αντος: ut ὁ γίγας, γίγα-ντο-ς, Gigas.
2. ης, ηντος: ut ὁ δαφνῆς, δαφνῆ-ντο-ς, laureus, laurinus: & plura alia orta ex ήεις, ήεντος: Quæ tamen potius ad Syncopen referas.
3. υς, υντος à verbis in υμι: ut ὁ ζευγνὺς, ζευγνύ-ντο-ς, jungens.

Digitized by Google

II.

SYNCOPE ATQUE EPENTHESI.

Per ſyncopen τοῦ ι vel υ, & epentheſin νο, ντο, vel δο, formantur

1. εις, νος: ut ὁ κτεὶς, κτε-νὸ-ς, *pecten.*
2. εις, εντος: ut ὁ Σιμόεις, Σιμόε-ντο-ς, *flumen Simois:* ὁ δαφνήεις, δαφνήε-ντο-ς, *laureus:* cujus contractio ει & ε poſtea abjicit in ὁ δαφνῆς, τοῦ δαφνῆντος.
3. ους, οντος: ut ὁ ὀδοὺς, ὀδό-ντο-ς, *dens.*
4. ους, οδος: ut ὁ ποὺς, πο-δὸ-ς, *pes.*

III.

ANTITHESI ET EPENTHESI.

Mutato η, υ in ε, ω in ο: & interpoſito ο, το, ντο, formantur.

1. ης, εντος, ὁ κλήμ-η-ς, κλήμ-εντο-ς, *Clemens:* & plura alia, quæ à Latinis oriuntur.
2. ης, εος: ut ὁ Δημοσθένης, Δημοσθέν-εο-ς, *Demoſthenes:* ἡ τριήρ-ης, τριήρ-ε-ος, *triremis.*
3. ηξ, εκος: ut ἡ ἀλώπηξ (ἀλώπηκς) ἀλώπ-εκο-ς, *vulpes.*
4. υς, εος: ut ὁ ὀξὺς, ὀξ-έο-ς, *acutus.*
5. υς, εως: ut ὁ πῆχυς, πήχεως Att. *cubitus*, pro πήχεος.
6. ως, όος: ut ἡ αἰδ-ώ-ς, αἰδ-ό-ος, *pudor.*
7. ως, οτος: ut ὁ τετυφ-ώ-ς, τετυφ-ότο-ς, *qui verberavit*, cum omnibus Præteritis Participiis, quæ non contrahuntur.

IV.

APOCOPE ET PARAGOGE.

Υ abjicitur, & δος poſtponitur.

In ουν, οδος: ut τὸ δίπουν (δίπο-υν) δίπο-δος, *bipes.* Sic quoque in aliis compoſitis a ποῦς.

V.

ANTITHESI ET DIÆRESI.

Υ mutatur in ο: & una ſyllaba diſſolvitur in duas, in diphthongis.

1. αυς, αος: ut ἡ ναῦς, τῆς ναὸς, navis: ἡ γραῦς (γρα-ὺ-ς) γρα-ὸ-ς, *anus:* (τῆς νεὼς, γρεὼς, Att. τῶν νεῶν, γρεῶν. Att. Iônes dicunt ἡ νηῦς vel νηὺς, τῆς νηὸς, αἱ νῆες pro νᾶες) in accuſativo plurali habet ναῖς ναῦς pro νέας.
2. ευς, εος: ut ὁ βασιλεὺς (βασιλε-ύ-ς) βασιλέ-ο-ς, *Rex.*
3. ους, οος: ut, ὁ, ἡ βοῦς (βο-ὺ-ς) βο-ὸ-ς, *bos, vacca:* ὁ χοῦς, χοὸς, *cusin.*

Duæ

Digitized by Google

Duæ peculiares Genitivorum formæ in Prima Tabula deformatæ ſunt, & præter eas quinque aliæ in ſecunda. Reſtat octava, quæ omnem variationem excludit, & nominativi formam propriam retinet. Quod genus

1. Nomina litterarum, ut τὸ ἄλφα, βῆτα, &c. τοῦ ἄλφα, βῆτα, υ, ο, ω, non mutantur: ſed juncta Adjectivis variantur: ut τοῦ ψιλὸν, τοῦ ψιλοῦ. μικρὸν ο, μικροῦ ο, &c.

2. Nomina, quorum fini aliquid demitur, ut ὕφα pro τὸ ὕφασμα, textum, &c.

5. *Quomodo cognoſcuntur genera tertiæ Declinationis ex ſignificatione?*

1. Fere eodem modo, quo Latina. Maſculina ſunt nomina virorum & fluviorum.

2. Feminina nomina mulierum, urbium, arborum: ut, ἡ Γόρτυν, *urbs Gortyn*: ἡ Ὀπόεις, Ὀποῦς, *urbs Opus*: ἡ δρῦς, *arbor, robur*.

3. Communia partim agnoſcuntur ex applicatione ad diverſos ſexus: ut ὁ βοῦς, *hic bos*, ἡ βοῦς, *hæc bos*. ὁ ἡγεμὼν, *hic dux*, ἡ ἡγεμών, *hæc dux*. partim ex diſtinctione aliarum rerum: ut, ὁ ἀὴρ, *aër*; ἡ ἀὴρ, *tenebræ* apud poëtas. ὁ ἅλς, *ſal*: ἡ ἅλς, *mare*.

Ὁ χάραξ, *vallum, caſtra*, ἡ χάραξ, *palus, pedamentum*; ὁ κάμαξ, *torris, fax*: ἡ κάμαξ, *cervus, pedamentum*: ὁ στύραξ, *cuſpis haſtæ*: ἡ στύραξ, *arbor, vel gummi ſtyrax*. ὁ, ἡ, λύγξ, λυγκὸς, *lynx*: ſed ἡ λύγξ, λυγμὸς, *tuſſis*. Quamvis alia ſolâ dialecto differant, ut ὁ κίων, *columna*, Communiter: ἡ κίων, Ionice. ὁ αἰθὴρ, *aër*, pro quo Poëtæ aliquando dicunt ἡ αἰθήρ.

4. Generi Communi addes omnia adjectiva in ης-εος, ρ, ρος; ut ὁ, ἡ, ἀληθὴς, *verus, a*: ὁ, ἡ, μάκαρ, μάκαρος, *beatus, a*; & compoſita in ις, ιν, υς, ους, & ων; ut ὁ, ἡ ἄπολις, *patria pul-*

ſus; ὁ, ἡ, χρυσάκτιν, *radiis aureis coruſcans*: ὁ, ἡ, ἄδακρυς, *ſine lachrymis*: ὁ, ἡ ἄπους, *carens pedibus*: ὁ, ἡ εὐδαίμων, *beatus*.

Reliqua Adjectiva in ας, υς, εις, & Participia ſunt Maſculina: quamvis Poëtæ nonnunquam more Attico pronunciant ἡ ἀχίων pro ἀχίουσα &c. Vide VII. c. h. l.

Cætera cognoſcuntur ex Regulis ſequentibus terminationum.

6. *Quomodo agnoſcis genus maſculinum ex hujus declinationis terminationibus?*

1. Nullo excepto Maſculina ſunt omnia ſubſtantiva in αν, υν, ευς. Et υς, genitivo εος, εως, υντος. ας, αντος. ης, ῆντος, εντος. ων, οντος. ut ὁ παιὰν, *pæan*. ὁ μόσυν, *propugnaculum*. ὁ βασιλεὺς, *Rex*. ὁ ἡδὺς, τοῦ ἡδέος, *dulcis*: ὁ πῆχυς, τοῦ πήχεως, *cubitus*: ὁ ζευγνὺς, τοῦ ζευγνύντος, *conjungens*. ὁ μέλας, τοῦ μέλανος, *niger*. ὁ τιμῆς, pro τιμήεις, *honoratus*, τοῦ τιμῆντος: ὁ Κλήμης, τοῦ κλήμεντος, *Clemens*; & ſimilia nomina propria Latina: ὁ δράκων, τοῦ δράκοντος, *draco*. Præterea omnia Participia in ων, ut ὁ τύπτων, *verberans*.

Quamvis Canin. Hell. p. 129. ἡ χαμμαπτοὺς ex Ariſtotele, proferat: Cogitandum tamen eſt, num aliquid omiſſum ſit, idque eo magis, quia Ariſt: de genere feminino dicit, ὁ ὀρεὺς θῆλυς, *mula*.

2. Deſinentia in ας, αντος. ων, ωνος. ην, ειρ, υρ, ωρ, ους, ως, ξ, ψ, exceptis nonnullis.

1. ας, αντος, ᾶνος, ὁ ἱμὰς, ἱμάντος, *vinculum*. ὁ πελεκᾶς, τοῦ πελεκᾶνος, *pelecanus*. Præter ἡ ἀνδρειὰς, *potentia*, Heſych. ὁ ἀνδριὰς enim imago.

2. ων,

2. ων, ωνος. ut ὁ αἰὼν, τοῦ αἰῶνος, seculũ, medulla ſpina. * Schottus mavult ἡ βοῶν. Sylb: & Steph: nullum genus definiunt.	Præter ἡ	ἅλων, area. γλήχων, pulegium, polep. μήκων, papaver. τρήρων, turtur, ſcil. ἡ πέλεια.
3. ην. ὁ αὐλὴν, canalis. ὁ αὐχὴν, cervix.	Præter ἡ	σειρὴν, Siren, dulce canens lupa. φρὴν, ingenium, animus. ὁ, ἡ χὴν, anſer: quibus Wellerus ποιμὴν adjungit.
4. ειρ. ut ὁ φθεὶρ, pediculus.	Præter ἡ	χεὶρ, manus. ὁ ἀντίχειρ, pollex, melius quam ἡ, quia intelligitur δάκτυλος.
5. ηρ. ut ὁ ἀστὴρ, ſtella.	Præter	1. Duo feminina, ſc: ἡ γαστὴρ, venter, ἡ κὴρ, fatum. 2. Duo neutra, ut τὸ ἦρ, ver: τὸ κῆρ, cor: pro ἔαρ, κέαρ.
6. υρ. ut ὁ ψίθυρ, murmur.	Præter	ὁ, ἡ μάρτυρ, martyr, teſtis: τὸ πῦρ, ignis.
7. ωρ. ut ὁ ἰχὼρ, ſudor, φὼρ, fur.	Præter	1. ἡ δάμαρ, mulier: ἀλέκτωρ virgo. 2. τὸ ἔελδωρ, cupido: ἕλωρ, præda: τέκμωρ, ſignum: σκὼρ, ſtercus: ὕδωρ, aqua.
8. ους. ut ὁ ποῦς, pes. πλακοῦς, placenta. ὀδοὺς, dens.	Præter	τὸ οὖς, auris. Dorice ὦς.
9. ως. ut ὁ ἔρως, amor; ὁ τετυφὼς, qui verberavit: ὁ φὼς, vir.	Præter	1. Feminina, ἡ δὼς, dos. ἡ φῷς, aduſtio cruris. & duo in ως, ος: ἡ αἰδὼς, pudor: ἠὼς, Eos. 2. τὸ φῶς, lux.
		1. Feminina. ἡ αὖλαξ, ſulcus: ἄντυξ, ambitus: βέμβηξ, βέμβιξ, turbo, trochus: θρίδαξ, lactuca: κλίμαξ, ſcala: θρίξ, crinis.

10. ξ. ut ὁ θώραξ, *thorax*. ὁ μύσταξ *mystax*. ὁ σφὴξ, *veſpa*, &c. — Præter — *avis, crex*: κλῶμαξ, *collis* λάρναξ. *arca*: λάταξ, *ſonitus laticis*: μάραξ, *virga*: μάσταξ, *mandibula*: πήληξ *caſſis*: πλὰξ, *tabula*: πνὶξ *ſuffocatio*: πνύξ, *locus Athenis, ubi concio habebatur*: πτέρυξ *ala*: πομφόλυξ *bulla*: πέμφιξ, *flatus*: πτὺξ *plica*: σάνδυξ, *ceruſſa uſta & rufa*: σμῶδιξ, *vibex*: σάρξ, *caro*: στὺξ, *ſtyx*: τέτριξ, *avis quadam*: τρὺξ, *fex vini*: φάλαγξ, *phalanx*: φάραγξ, *vallis*: φλὸξ *flamma*; φῶϊξ *avis quadam inimica Harpa*: χοῖνιξ, *chœnix*.

2. Communia: ut ὁ, ἡ αἶξ, *capella*: ἄμπυξ, *reticulum muliebre*: βὴξ *tuſſis* ἕλιξ, *convolvulus*: ὄμφαξ, *uva acerba*: πίδαξ, *fons*; ῥάξ, ῥὼξ, *acinus*: πέρδιξ, *perdix*: σκύλαξ, *catulus*: φάρυγξ, *guttur*. &c.

11. ψ: ut ὁ χάλυψ, *chalybs*: ὁ ὦψ, *facies*, &c. — Præter ἡ — κατῆλιψ, *ſchala*. καλαῦροψ, *pedum in ſummo repandum*. λαῖλαψ, *ventus procelloſus*. ὄψ, *vox*. φλέψ, *vena*. χέρνιψ, *malluvium*, Attice: apud alios, *aqua qua abluuntur manus*. πηνέλοψ autem, *avis quadam anati ſimilis*, eſt incerti generis.

7. *Quænam pertinent ad genus femininum?*

1. Omnia deſinentia in ω: αυς-ήρης: υς: οτης, οτητος; -υτης, -ύτητος, venientia ab Adjectivis: præterea verbalia in ις. ut ἡ φειδὼ, *parcimonia*: ἡ ναῦς, *navis*, quæ vox intelligitur ſub ἡ τριήρης, *triremis*.

remis, & ſimilibus: ἡ ἕλμινς, *lumbricus*: ἡ κακότης, τῆς κακότητος, *malitia*; (quia venit à κακὸς, ἡ, ὸν, *malus*; cum ὁ δημότης, τοῦ δημότου, *popularis*, derivetur a ſubſtantivo δῆμος, *populus*) ἡ δριμύτης, τῆς δριμύτητος, *aſperitas*: ἡ φράσις, *phraſis, locutio*, a φράζω, -σω, *loquor*: ἡ πρᾶξις, *factum*, à πράσσω, -ξω, *facio*.

2. In ιν: ων, -ονος, cum omicro: ας, -αδος: αις: εις: υς: & ις, etſi non ſit verbale. Aliqua autem patiuntur exceptionem, quæ ſequuntur.

1. ιν, eſt muliebre; ut ἡ ἀκτὶν, *radius ſolis*.	Præter	ὁ δελφὶν, *delphin*. ὁ, ἡ θὶν, *acervus*.
2. ων, -όνος; ut ἡ χελιδὼν, τῆς χελιδόνος, *hirundo*. ἡ σταγὼν, *gutta*.	Præter	ὁ κανὼν, *canon*. ὁ πρίων, *ſerra*.
3. ας, αδος; ut ἡ λαμπὰς, *lampas, lux, tæda*.	præterquã quæ hominem ſignant,	ut ὁ, ἡ, φυγὰς, *fugax*.
4. αις; in una voce, ἡ δαὶς, *epula*.	ut una eſt neutrius generis,	τὸ σταὶς, *farina triticea*. ὁ, ἡ παῖς, *puer, puella*, apparet ex ſenſu.
5. εις; ut ἡ κλεῖς, *clavis*.	Præter adjectiva & εις, εντος in voce	ὁ κτεὶς, *pecten*.
6. ις: ut ἡ πόλις, *urbs*: ἡ κόνις, *cinis*; ὁ, ἡ ἐλπὶς, *ſpes*.	Præter	1. ὁ ὄφις, *ſerpens*; ὁ κὶς, *vermis*: ὁ λὶς, τοῦ λιὸς, *leo*. &c. 2. ὁ γύνις, *vir effeminatus*; ὁ λῖς, τοῦ λιτὸς, *ſubtile linteum*. 3. ὁ, ἡ ὄρνις, *gallus, gallina*.
7. υς. ut ἡ χάρμυς, -υθος, *faſciculus fœni*. κόρυς, *galea*.	Præter hæc ſeptem:	ὁ βότρυς, *racemus*, θρῆνυς, *ſcabellum*; ἰχθῦς, *piſcis*; κάνδυς, *indumentum Perſicum*; μῦς, *mus*: νέκυς, *mortuus*: στάχυς, *ſpica*.

8. *Quæ-*

8. *Quænam pertinent ad neutrum Genus?*

1. Deſinentia in α, ι, υ. ας, ατος. ορ, ορος. Adjectiva in αν, εν, ες, ον, ος, υν, ουν. ut τὸ ῥῆμα, *verbum*: τὸ μέλι, *mel*: τὸ γόνυ, *genu*: τὸ κρέας, τοῦ κρέατος, *caro*: cui addas τὸ φρέαρ, τοῦ φρέατος, *puteus*, ab antiquo φρέας: τὸ ἦτορ, *cor*: τὸ μέλαν, nigrum: τέρεν, tenerum: ἀληθὲς, *verum*: εὔδαιμον, *felix*: τετυφὸς, *quod verberavit*: ζευγνὺν, *jungens*: δίπουν, *bipes*: ab ὁ μέλας, τέρην, τετυφὼς, ζευγνὺς: & ὁ, ἡ ἀληθὴς, εὐδαίμων, δίπους.

2. In αρ, αρος; ut τὸ νέκταρ, τοῦ νέκταρος, *nectar*: { præter ea quæ ſignificatione dignoſcuntur: & } ὁ ψὰρ, *ſturnus*. ὁ μῶμαρ, *ſtultus*, non declinatur.

9. *Quomodo deſinit Accuſativus?*

1. Accuſativus ſingularis exit in α: τὸν τιτᾶνα, *Titanem*: τὸν ἕλληνα, *Græcum*.

2. Excipiuntur nomina in ις & υς, αυς & ους, quorum genitivus in ος purum. Nam faciunt hæc accuſativum per ν: ὄφις (ὄφιος vel ὄφεως) ὄφιν, *ſerpens*. βότρυς (βότρυος) βότρυν, *racemus*. ὀξὺς, *acutus*, (ὀξέος) ὀξύν. ναῦς, (ναὸς) ναῦν, *navis*. βοῦς, *bos*, (βοὸς) βοῦν. Sed nonnulla quoque α habent: τὸν βότρυα, τὸν ὄξεα, τὴν νέα vel νῆα, in primis apud Poëtas.

2. Bary-

1. Barytona (quæ accentum in fine non habent) in ις & υς, quando ante ος nullam habent vocalem, utramque habent terminationem: ut ἡ ἔρις, ιδος ἔριδα, & ἔριν, *lis*, *diſcordia*. ὁ νήλυς, υδος, νήλυδα, & νήλυν, *novicius*. Sed revera, quoniam Iones eadem declinant in ος purum, continentur ſub Regula. Imo apud Ariſtotelem ipſum non ſolum τίγριδος ſed etiam τίγριος invenitur. Stephanus apud Platonem quoque invenit Ἀναχάρσιος, lib. 10. de Rep. Πάριν, Ἄδωνιν, Ὄσιριν, Ἆπιν, Ἶσιν, & ſimilia uſitatiora ſunt quam Πάριδα, Ἀδώνιδα, &c. Φιλαίνιδα tamen potius dixeris quam Φίλαινιν. Χάρις, *Dea*, tantum habet Χάριτα, ſecundum Grammaticos: χάρις autem *gratia*, *beneficium*, habet χάριν, & aliquando χάριτα. Ἐλπὶς *ſpes*, πατρὶς, *patria*, φροντὶς, *cura*, & ſimilia accentum in ultima habentia, tantum faciunt, ἐλπίδα, πατρίδα, φροντίδα: Compoſita autem potius ιν quam ιδα habent, ſæpius enim occurrit εὔελπιν, *bonam habentem ſpem*: φιλόπατριν, *patriam amantem*, ἄφροντιν, *ſecurum*, quam εὐέλπιδα, &c.

2. Nomina, quæ declinantur per Syncopen, retinent ε G. ante ρα: ut πατὴρ, pater: μήτηρ, *mater*: γαστὴρ, *alvus*: τὸν πατέρα, τὴν μητέρα, τὴν γαστέρα. nam ἡ πάτρα, eſt *patria*: ἡ μήτρα, matrix; ἡ γάστρα, vel γάστρη, *fundus vaſis*, *carina*: ſed ἡ θυγάτηρ, *filia*, τῆς θυγατέρος, θυγατρὸς habet θυγατέρα, & θύγατρα, quia hinc nullum dubium oritur.

10. *Quomodo formatur Vocativus?*

1. Vocativus idem plerumque ac Nominativus: ὁ ποιμὴν, ὦ ποιμήν. ὁ Ἕλλην, ὦ Ἕλλην. ὁ & ὦ Κλήμης, *Clemens*: ὁ & ὦ Ξενοφῶν, *Xenophon*. Huc refer omnia Participia hujus declinationis: ut ὁ τύψας, ὦ τύψας, &c.

2. Diſſimilis Vocativus tribus formatur modis: brevis vocalis ponitur pro longa, σ abjicitur, vel ν aſſumitur.

11. *Quænam aſſumunt vocalem brevem?*

1. Adjectiva in ην, ης contractum, & ηρ gravitonum mutant η in ε: ut ὁ τέρην, *tener*, ὦ τέρεν: ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, *Demoſthenes*:

nes: ἡ μήτηρ, *mater*, ὦ μῆτερ: ἡ Δημήτηρ, *Ceres*, ὦ Δήμητερ. his adde quatuor nomina oxytona, πατὴρ, *Pater*, ὦ πάτερ: δαὴρ, *levir*, ὦ δᾶερ: ἀνὴρ, *vir*, ὦ ἄνερ: σωτὴρ, *Salvator*, ὦ σῶτερ: quamvis etiam inveniatur ὦ σωτήρ.

2. Ων & ωρ ſæpe mutantur in ον, ορ: ut ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων, *infelix*, ὦ κακόδαιμον: [ὁ Ἀπόλλων, *Apollo*, ὦ Ἄπολλον; ὁ Ποσειδῶν, *Neptunus*, ὦ Πόσειδον: ὁ καὶ ἡ κύων, *canis*, ὦ κύον. ὁ γέρων, *ſenex*, ὦ γέρον. Sic comparativa, ut βελτίων, *melior*, ὦ βέλτιον, &c. Horum aliqua accentum non retrahunt: ut Λακεδαίμων, *Lacedæmon*, ὦ Λακεδαίμων: ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων, *miſericors*, ὦ ἐλεῆμον. Qualia quoque nomina in ωρ ſine accentu: ut ὁ Ἕκτωρ, *Hector*, ὦ Ἕκτορ] παντοκράτωρ, *omnipotens*, ὦ παντοκράτορ.

Æoles vocativum ſemper corripiunt, vel in nominibus finem acuentibus: ut, ἡ ἀηδὼν, *luſcinia*, ὦ ἀηδὸν: ἡ χελιδὼν, *hirundo*, ὦ χελιδὸν, ſine mutatione accentus.

12. *Quæ abjiciunt ς Vocativi?*

1. Diphthongi ευς & ους deponunt ς: ὦ βασιλεῦ, βοῦ, πλακοῦ, *ô rex, bos, placenta*: (præter non contracta, ὦ ποὺς, *ô pes*, & ὀδοὺς, *ô dens.*) Huc adde παῖς, *puer*, ὦ παῖ, cum compoſitis. 2. υς circumflexum: 3. ις & υς ſine accentu in fine: 4. etiam υς finem acuens adjectivorum: & 5. quædam propria in ας: ut ὁ μῦς, *mus*, ὦ μῦ. ἰχθῦς, *piſcis*, ὦ ἰχθῦ, Athen. l. 6. ὄφις, βότρυς, *ſerpens*, *racemus*: ὦ ὄφι, ὦ βότρυ. ὁ ὀξὺς, *acutus*, ὦ ὀξύ: (nam χλαμὺς, *chlamys*, ſubſtantivum facit ὦ χλαμὺς) Θόας, Κάλχας, *Thoas*, *Calchas*, ὦ Θόα, Κάλχα.

Ejus generis quædam oxytona apud Poëtas: ut

ut ἡ Ἀμαρυλλὶς, *Amaryllis*, ὦ Ἀμαρυλλί.

13. *Quænam nomina ν ſumunt in Vocativo?*

Multa propria, & quædam alia in ας ſine accentu infine, ν pro σ aſſumunt; itē adjectiva in ας, quæ inſuper ι abjiciunt ut: Πολυδάμας, Αἴας, *Polydamas*, *Aiax*, ὦ Πολυδάμαν, Αἴαν. μέλας, τάλας, *niger*, *miſer*, ὦ μέλαν, τάλαν. ὁ χαρίεις, *gratioſus*, ὦ χαρίεν: & aliquando ὦ χαρίει. Imo Σιμόεις, nomen fluminis, habet ὦ Σιμόεν.

1. Oxytona in ας ſequuntur primam Regulam Generalem: ut ἱμὰς, ὦ ἱμὰς, *vinculum*.

2. Pro vocativis Πολυδάμαν, Αἴαν Poëtæ quoque dicunt Πολυδάμα. Αἶα. Soph. Attice Αἴας.

3. Omnes leges, quas plerique Grammaticorum de formatione Vocativi ferunt, vel falſæ ſunt, vel mutilæ & imperfectæ. Inepte enim & inficete videntur vocativum à genitivo velle declinare, cum contra majori forte jure Genitivum à Vocativo derives; is namque rectus eſt, vel recto non abſimilis; à quo flectendi ſunt obliqui. Certe Vocativus & Nominativus ſunt pares numero ſyllabarum; gignendi caſus & reliqui creſcunt: quare commode, vocativis in paradigmate quovis præmiſſis de conſilio Doctoris Pariſienſis, à Vocativo flectas genitivum, addito τος hoc loco: ut ὁ Πολυδάμας, ὦ Πολυδάμαν, τοῦ Πολυδάμαντος. ὁ χαρίεις, ὦ χαρίεν, τοῦ χαρίεντος. Præterea ſi ος & τος in Voc. abjiciuntur à Gen. in ντος vel ντος, ſecundum Clenardum, Caninium, & Golium: neceſſe habeas declinare ἱμὰς, ἱμάντος, ὦ ἱμάν, cum ſit rectum ὦ ἱμὰς: vel κλήμης, κλήμεντος, ὦ κλῆμεν, cum habeat ὦ κλήμης, & ſimilia. Voſſius hanc ſive regulam, ſive exceptionem determinans intra fines αντος & οντος, & docens αν, ωντος facere vocativum abjecto ος, vitioſe declinet Ἀπόλλων, ωνος, ὦ Ἀπόλλων, cum requiratur Ἄπολλον.

14. *Unde & quomodo formatur Dat. pluralis?*

1. Dativus pluralis fit à Dativo ſingulari poſito σ ante ι: τῷ βότρυι, τοῖς βότρυσι, *racemo*, *racemis*. τῷ ῥήτορι, τοῖς ῥήτορσι,

 rhe-

rhetori, *rhetoribus*. ὁ κόραξ, *corvus*; τῷ κόρακι, τοῖς κόραξι, pro κόρακσι. ὁ Ἄραψ, *Arabs*, τῷ Ἄραβι, τοῖς Ἄραψι, pro Ἄραβσι. Hinc εσι ex εϊ, οσι ex οϊ formant Poëtæ: Oratores ευσι & ουσι, repetito υ ex diphthongo nominativi.

ὁ βασιλεὺς, *Rex*, τῷ βασιλέϊ, { τοῖς βασιλέσι. Poët. τοῖς βασιλεῦσι. Orat.

ὁ βοῦς, *bos*, τῷ βοΐ, { τοῖς βοσί. Poët. τοῖς βουσί. Orat.

Imo ἱεὺς, & δρομεὺς, *curſor* (pro ἱεῦσι & δρομεῦσι) in proſa faciunt ἱέσι, & δρομέσι: ſic enim Attici. Contra αϊ a nominativo αυς ſemper υ repetit ante σι: ἡ ναῦς, *navis*, (τῇ ναΐ) ταῖς ναυσί.

2. Litteræ δ, τ, θ, ν ſunt rejiciendæ, εντι in εισι, οντι in ουσι mutando: λαμπάδι, λαμπάσι, *lucernæ*, *lucernis*: ποδὶ, ποσὶ, *pedi*, *pedibus*: λέβητι, λέβησι, *lebeti*, *lebetibus*: ὁ στὰς, *ſtans*, τῷ στάντι, τοῖς στᾶσι: ὄρνιθι, ὄρνισι, *avi*, *avibus*: ἕλμινσι, *lumbrico*, *lumbricis*, retento ν, quia ἕλμινς exit in duas conſonas: Τιτᾶνι, Τιτᾶσι, *Titani*, *Titanibus*: κτεὶς, *pecten*, κτενὶ, κτεσὶ, *pectini*, *pectinibus*: Τιθέντι, Τιθεῖσι, *ponenti*, *ponentibus*: λέοντι, λέουσι, *leoni*, *leonibus*: ὀδόντι, ὀδοῦσι, *denti*, *dentibus*. Unde τλήμων, *tolerans*, facit τοῖς τλήμοσι; quia dicitur τῷ τλήμονι, non τλήμοντι.

3. Illa in ηρ & ην, quæ ſyncopen patiuntur, Dativum pluralem faciunt in ασι: πατὴρ, *pater*: τῷ πατέρι, πατρὶ: τοῖς πατράσι, α cum σ ante ι interpoſito euphoniæ gratia. Sic μητράσι, θυγατράσι, ἀνδράσι, *matribus*, *filiabus*, *viris*:

viris: ὁ ἀρὴν, *agnus*, facit ἀρῆνι, ἀρνὶ, ἀρνάσι. Sed γαστὴρ, *venter*, potius habet γαστῆρσι.

1. SI vis recte, hoc eſt, Attice declinare ναῦς, ſic inflectes: N. V. ἡ ναῦς. G. τῆς νεὼς. D. τῇ νηΐ. A. τὴν ναῦν. N. plur. αἱ νῆες. G. τῶν νεῶν. D. ταῖς ναυσί. A. τὰς ναῦς.

Contra Iónum nominativus eſt νηῦς, G. νηὸς, pro communi νεώς. A. νῆα. G. pl. νηῶν. D. νηυσὶ. A. νῆας. Ita ut inter Iônes Atticoſque de ſolo conveniat Dat. ſing. νηΐ, & N. V. pl. νῆες.

Cum Homerus ἰωνικῶς τῆς νεὸς & τὰς νέας extuliſſe legitur: Euſtathius, t. 1. p. 1048. ed. Baſ. orta hæc ſuſpicatur ab inuſit. nom. νεὺς.

2. Penultima Dativi Pluralis debet eſſe tanta, quanta Dativi ſingularis penultima. Ex. Gr. τῇ φρενὶ, *menti*, ε habet breve, propterea dicitur ταῖς φρεσὶ: τῷ λέοντι, *leoni*: τῷ τυπέντι *verberato*, producuntur ob poſitionem τοῦ ε ante ντ: quare, cum ντ in Dativo plurali abjiciantur, ο & ε producenda, & in ου vel ει mutanda ſunt, ut τοῖς λέουσι, τοῖς τυπεῖσι. Si ſit vocalis communis, quæ poſſit eſſe longa, manet eadem quæ fuit: ut τῷ Αἴαντι, τοῖς Αἴασι. Si tamen ante ι in ſingulari alia conſonans quam δ, τ, θ, ν invenitur, penultima in uno numero corripi, & in altero produci poteſt poſitione conſonantium, ut τῷ ῥήτορι, τοῖς ῥήτορσι; τῷ ἁλὶ, τοῖς ἁλσί.

3. Quia ποὺς, *pes*, οὖς, *auris*, ι ex diphth. im[pu]ram habent in dativo. τῷ ποδὶ, ὠτὶ, ideo faciunt τοῖς ποσὶ, ὠσὶ, non ποῦσὶ, οὖσὶ, & ſequuntur primam regulam generalem, cujus hæc ſecunda pars non exceptio, ſed acceſſio quædam judicari debet: id quod ipſe Wellerus neglexit, qui tamen, parte tantum aliqua regulę vulgaris retenta (de diphthongis puta), rectius facit, quam Pariſienſes, qui veterem regulam integram, tanquam ſingularem legem proponunt, ſine omni neceſſitate eandem extendentes ad duplices ξ, ψ. Nam ſi nominativus ὀδοὺς dativum ὀδοῦσι à ſe ipſo formare queat adjuncto ι: inde non ſtatim ſequitur, hec dativum pluralem poſſe recipere diphthongum ex ψ, quæ antea nunquam fuit in Dat. ſing. Nam idem caſus ſæpe recipit alia de cauſſa diphthongum, quamvis nec Nominativus nec Dativus ullam habuerit, ut in τῷ λέοντι, τοῖς λέουσι, ab ὁ λέων: imo vox abjicit aliquando diphthongum quam antea habuit, tam in Poëticis, (etſi naturales ſint iſtæ formationes) ut βοσὶ, βασιλέσι, quam in aliis, ut τοῖς κτεσὶ, à κτείς. Quapropter τυφθεῖσι non opus erit formare, à τυφθεὶς, ſed à τυφθέντι convenienter primo generali fundamento.

CON-

CONTRACTIONES,

Quæ

Duplices ſunt in hac declinatione.

PRIMUM genus contrahitur in Nominativo, eandemque retinet contractionem in omnibus caſibus ſine mutatione naturalium terminationum, ſicuti in duabus primis declinationibus.

1. Contractio in A datur in ὁ λάας, λᾶς, *lapis*: τοῦ λάαος, λᾶος, τῷ λάαϊ λᾶϊ.

2. Contractio in H in ὁ τιμήεις, τιμῆς, τὸ τιμῆεν, τιμῆν, *honoratus*: τοῦ τιμήεντος, τιμῆντος, &c. quam formam genus femininum ſibi adſciſcit quoque in prima declinatione, cum dicitur ἡ τιμήεσσα, τιμῆσσα. Sic quoque in τὸ ἔαρ ἦρ, *ver*, τοῦ ἔαρος, ἦρος. τὸ κέαρ, κῆρ, *cor*; τοῦ κῆρος, &c. στὶρ, στιρὸς, à στέαρ, *ſebum*, non dicitur, ſed τοῦ στέατος.

3. Contractio in OY in ὁ μελιτόεις, μελιτοῦς; τὸ μελιτόεν, μελιτοῦν; τοῦ μελιτόεντος, οῦντος, *mellitus*. ὁ πλακόεις, πλακοῦς, *placenta*; τοῦ πλακόεντος, οῦντος. ὁ Σιμόεις Σιμοῦς, *Simois*. ἡ Ὀποῦς ab Ὀπόεις, *Opus*, nomen urbis.

Alioquin Aoriſtus ſecundus eodem modo flectitur ac imperfectum.

Hinc apparet verba in MI, ſi originem formationis reſpicias aliam ſequi regulam, quam barytona in ω, quæ ſecundum Aoriſtum formant a futuro ſecundo; quod quidem tempus ultimum in MI nunquam invenitur, (Apollonio teſte l. 1. cap. 6) quamvis ea, quæ in ω deſinunt, habeant, ſi Ao-

ſi Aoriſtus ſecundus detur. Interea in his Aoriſtis utraque verba eandem retinent terminationem, quæ in imperfecto eſt. Verbi cauſa ἔτυπτον habet æque ον, ες, ε, ac ἔτυπτον: ἔθην habet ην, ης, η, æque ac ἐτίθην: ἔδων, ων, ως, ω, æque ac ἐδίδων.

7. *Qua ratione flectuntur hi Aoriſti?*

S.	ἔθη-N,	ἔστη-N,	ἔδω-N,
	ἔθη-Σ,	ἔστη-Σ,	ἔδω-Σ,
	ἔθη.	ἔστη.	ἔδω.
D.	ἔθε-τον,	ἔστη-τον,	ἔδο-τον,
	ἐθέ-την.	ἐστή-την.	ἐδό-την.
P.	ἔθε-MEN,	ἔστη-MEN,	ἔδο-MEN,
	ἔθε-TE,	ἔστη-TE,	ἔδο-TE,
	ἔθε-ΣAN.	ἔστη-ΣAN.	ἔδο-ΣAN.

Supra dictum eſt, cur ἐζεύγνυν in hoc tempore non inveniatur.

APPENDIX.

1. Ἧν, *miſi*, ἧς, ἧ. ἕτον, ἕτην: ἕμεν, ἕτε, ἕσαν, imitatur ἔθην.

2. ἔφην, *dixi*, ἔφης, ἔφη: ἔφητον, ἐφήτην: ἔφημεν, ἔφητε, ἔφησαν, imitatur ἔστην.

TERTIUM CAPUT.

De reliquis Modis, atque Participiis.

1. *Qui & unde formatur* SUBJUNCTIVUS?

1. Fit a Barytono reduplicato per contractionem, hoc eſt, a τιθέω derivatur τιθῶ, ῇς, ῇ, ſecundum φιλῶ, ῇς, ῇ; & ab ἱστάω, ἱστῶ, ᾷς, ᾷ, ſecundum τιμῶ, ᾷς, ᾷ. Ex διδόω, διδῶ, cujus ſecunda & tertia perſona ſin-

ſingularis contractionem α mutant in ω cum iota ſubſcripto, efficitur, διδῷς, διδῷ, pro διδοῖς, διδοῖ. Ita ut Aoriſto paſſivo ſubjunctivi accentus reſpondeat.

2. Verba in υμι nuſquam in hoc modo repeꝛiuntur.

3. Aoriſtus ſecundus ubique abjicit reduplicationem, imitaturque in ceteris præſens, ſive imperfectum, excepto quod verba in άω pro α ſumant η, ſingulari numero iota ſubſcripto, non reliquis.

2. Quî præſentia imperfectaque Subj. flectuntur?

S.	τιθ-ῶ,	ἱς-ῶ,	διδ-ῶ,
	τιθῇς,	ἱςᾷ-ς,	διδῷ-ς,
	τιθῇ.	ἱςᾷ.	διδῷ.
D.	τιθῆ-τον,	ἱςᾶ-τον,	διδῶ-τον,
	τιθῆ-τον.	ἱςᾶ-τον.	διδῶ-τον.
P.	τιθῶ-μεν,	ἱςῶ-μεν,	διδῶ-μεν,
	τιθῆ-τε,	ἱςᾶ-τε,	διδῶ-τε,
	τιθῶ-σι.	ἱςῶ-σι.	διδῶ-σι.

Nonnulli ajunt ἱςῶ, ῇς, ῇ.

APPENDIX.

ἱῶ, ἱῇς, mittam, as, at, imitatur τιθῶ, & compoſita; *ἀφιῶ, demittam, ἀνιῶ, remittam.*

3. Adjiciantur his Aoriſti ſecundi.

S.	θ-ῶ,	ς-ῶ,	δ-ῶ,
	θῇ-ς,	ςῇ-ς,	δῷ-ς,
	θῇ.	ςῇ.	δῷ.
D.	θῆτον,	ςῆτον,	δῶτον,
	θῆτον,	ςῆτον.	δῶτον.

P. θῶ-μεν

P.	θῶμεν,	ϛῶμεν,	δῶμεν,
	θῆτε,	ϛῆτε,	δῶτε,
	θῶσι.	ϛῶσι.	δῶσι.

APPENDIX.

Ω, ῇς, ῇ, *miſerim*, *is*, *it*. ϑῶ. *poſuerim*. *it* ι & compoſita, ἀφῶ, Φῶ, φῇς, φῇ, *dixerim*, *is*, *dimiſerim*, &c. flectuntur, ut *it*, æmulatur ſuum ϛῶ.

4. *Qui & unde* OPTATIVUS *formatur*?

Fit a barytono reduplicato, mutando ω in ην: ſed vocalis præcedens aſſumit ſubjunctivam ι, ut fiat Optativus. Eo modo derivatur τιθείην, a τιθέ-Ω, διδοί-ΗΝ a διδό-Ω, ἱϛαίην ab ἱϛά-ω. In ceteris reſpondet hic modus Aoriſto paſſivo, τυφθείην.

Verba in νυ faciunt ύοιμι, non quemadmodum Barytona in Ω. Herodianus nihilominus, antiquus Grammaticus, probat ζευγνύην, etiam in activo: non vero ζευγνύιμην in paſſivo; quia diphthongus υι numquam ponitur ante conſonantem.

5. *Quomodo igitur præſentia & imperfecta Opt. flectuntur?*

S.	τιθεί-ΗΝ,	ἱϛαί-ΗΝ,	διδοί-ΗΝ,
	τιθεί-ΗΣ,	ἱϛαί-ΗΣ,	διδοί-ΗΣ,
	τιθεί-Η.	ἱϛαί-Η.	διδοί-Η.
D.	τιθεί-ητον,	ἱϛαί-ητον,	διδοί-ητον,
	τιθει-ήτην.	ἱϛαι-ήτην.	διδοι-ήτην.
P.	τιθεί-ΗΜΕΝ,	ἱϛαί-ΗΜΕΝ,	διδοί-ΗΜΕΝ,
	τιθεί-ΗΤΕ,	ἱϛαί-ΗΤΕ,	διδοί-ΗΤΕ,
	τιθεί-ΗΣΑΝ.	ἱϛαί-ΗΣΑΝ.	διδοί-ΗΣΑΝ.

APPEN-

Digitized by Google

APPENDIX.

Ἱείην, *miſerim*, (pro quo dicitur & *ἱοίμι*) *ἀφιείην*, *dimiſerim*, & cetera imitantur *τιθείην*.

6. *Aoriſtus ſecundus flectatur ſecundum præſens Opt. ſive imperfectum.*

S.	θεί-ΗΝ,	σταί-ΗΝ,	δοί-ΗΝ,
	θεί-ΗΣ,	σταί-ΗΣ,	δοί-ΗΣ,
	θεί-Η.	σταί-Η.	δοί-Η. &c.

APPENDIX.

Sic *εἵην*, *miſerim*, *ἀφείην*, *dimiſerim*, &c. flectuntur, ut *ἱείην*, *ἀφιείην*. *Φαίην*, *dixerim*, imitatur *τὸ σταίην*, *ſteterim*. Attica dialecto dicitur *δῴην* pro *δοίην*. 2. Tim. c. 2. & 4.

7. *Quomodo formatur* IMPERATIVUS?

Fit in omni conjugatione a barytono reduplicato, mutando ω in θι. Sic ἵστα-ΘΙ ab ἱστά-Ω, δίδο-ΘΙ a διδό-Ω, ζεύγνυ-ΘΙ derivatur a ζευγνύ-Ω. τίθε-ΤΙ, a τιθέ-Ω, habet τ in fine pro θι, propter præcedens θ.

Dantur & tres alii modi inclinandi Imperativum. Primo poteſt *τίθετι* ab *ἐτίθετε* formari, *ἵστατε* ab *ἵστατε*, &c. a ſecunda pluralis imperfecti, terminatione *τε* verſo in *τι* aut *θι*, atque augmento abjecto, quemadmodum *τύφθητι* derivatur ab *ἐτύφθητε*. Sed prima eſt formatio paululum facilior hac, & fluit ab eodem capite, unde reliqui modi. Secundus modus augmentum *ε* tollit a tertia perſona imperfecti in *μι*, ut: *τίθη* (pro *τίθετι*) ab *ἐτίθη*. *ἵστη* (pro *ἵσταθι*) ab *ἵστη*. *ζεύγνυ* (pro *ζεύγνυθι*) ab *ἐζεύγνυ* invenitur apud Eurip. *δείκνυ* (pro *δείκνυθι*) *monſtra*, apud Gregor. ab *ἐδείκνυ*, quemadmodum *τύπτε*, *verbera*, derivatur ab *ἔτυπτε*. Tertio Imperat. fit perinde ac in verbis circumflexis, ut *τίθει*, *pone*, ab *ἐτίθει*, *ponebat*.

bat, ex τιθέω, ῶ. δίδε, *da*, ab ἐδίδε, *dabat*, ex διδόω, ῶ ἵστε, *sta*, *ſiſte*, ab ἵστε, *stabat*, *ſiſtebat*, ex ἱστάω, ἱστῶ; quemadmodum τίμα, *honora*, deducitur ab ἐτίμα, *honorabat*. Adjungas his τίτλα, *ſuffer*, pro τίτλαθι.

De dialectis ad libellum peculiarem.

8. *Qui conjugantur præſentia & imperfecta, aut potius futura* IMPERATIVI?

S.	τίθε-ΤΙ, τιθέ-ΤΩ.	ἵστα-ΘΙ, ἱστά-ΤΩ.	δίδο-ΘΙ, διδό-ΤΩ.	ζεύγνυ-ΘΙ, ζευγνύ-ΤΩ.
D.	τίθε-τον, τιθέ-των.	ἵστα-τον, ἱστά-των.	δίδο-τον, διδό-των.	ζεύγνυ-τον, ζευγνύ-των.
P.	τίθε-ΤΕ, τιθέ-ΤΩΣΑΝ.	ἵστα-ΤΕ, ἱστά-ΤΩΣΑΝ.	δίδο-ΤΕ, διδό-ΤΩΣΑΝ.	ζεύγνυ-ΤΕ, ζευγνύ-ΤΩΣΑΝ.

APPENDIX.

1. ἵεθι, ἱέτω, *mitte*, *mittito*. ἀφίεθι, *dimitte*, &c. imitatur τίθετι.

2. ἴσαθι, ἰσάτω, *cognoſce*, *ſcito*, imitatur ἵσταθι; a eliſo efficit ἴσθι, ἴστω: (quamvis inſuper ἴσθι, *eſto*, detur ab εἰμί.) Unde in compoſitione σύνισθι pro συνίσαθι, *ſis conſcius*. Invenitur etiam ἴσασαν & ἴσαν pro ἰσάτωσαν.

φάθι, *dic*, σύμφαθι, *confitere*, imitatur ἵσταθι.

9. *Qui & unde Aoriſtus ſecundus Imperativi formatur?*

1. A præſenti Imperativi, abjecta reduplicatione, & penultima vocali producta, ut: στῆθι ab ἵσταθι. γνῶθι, *ſcito*: βίω-θι, *vive*, &c.

2. Præter tria illa, θὲς, δὸς, ἕς, quæ pro θι habent ς. Sunt & alia ſimiliter exeuntia, ut ab ἐνίσπημι, *dico*, vel *ſequor*, eſt ἐνίσπες, *dic*, σχὲς, *habe*, [a σχῆμι, aut σχέω], πρόσχες, *attende*, *adhære*, & ſimilia.

10. *Qui*

10. *Qui ergo flectitur Imperat. Aoriſtus ſecundus?*

*

S.	θέ-Σ, θέ-ΤΩ.	ςῆ-ΘΙ, ςή-των.	δὸ-Σ, δό-ΤΩ.
D.	θέ-τον, θέ-των.	ςῆ-τον, ςή-των.	δό-τον, δό-των.
P.	θέ-ΤΕ, θέ-ΤΩΣΑΝ.	ςῆ-ΤΕ, ςή-ΤΩΣΑΝ.	δό-ΤΕ, δό-ΤΩΣΑΝ.

11. *Qui & unde formatur* INFINITIVUS MODUS?

1. Mutat barytoni reduplicati ω in ναι (quæ eſt terminatio AoriſtiPaſſivi verbi τυφθῆναι) ut τιθέ-ω in τιθέ-ναι. ἱςά-ω in ἱςά-ναι. &c.

2. Aoriſti ſecundi efficiunt ει ex ε, ου ex ο, & η ex α, eo quod illa ſyllaba accentum circumflexum recipere debet. ut, θεῖναι, *poſuiſſe*, ex τι-θέναι, *ponere*, &c.

12. *Quomodò ergo conjugatur hic modus?*

Tempus præſens.

τιθέ-ΝΑΙ. ἱςά-ΝΑΙ. διδό-ΝΑΙ. ζευγνύ-ΝΑΙ.

Aoriſtus ſecundus.

θεῖ-ΝΑΙ. ςῆ-ΝΑΙ. δοῦ-ΝΑΙ.

APPENDIX.

1. Ἱέναι, *mittere*, εἶναι, *miſiſſe* (ἀφεῖναι, *dimiſiſſe*) imitatur τιθέναι & θεῖναι. Invenitur etiam ἐμπαρεῖναι, *laxare*, apud pictetum pro ἐμπαριέναι, & ἐπαφεῖναι, *immittere*, apud Achill. Tat. 2. Φάναι, *dixiſſe*, imitatur ἱςάναι. φῆναι, aut Att. φῆναι, eſt Aoriſtus primus a φαίνω, *oſtendo*.

13. *Qui & unde formatur* PARTICIPIUM?

Mutat

Mutat barytoni reduplicati ω in ς, ἱςά-ω, in ἱςὰ-ς, ζευγνύ-ω in ζευγνὺ-ς. Sed ante ς, ε aſſumit ι, ο vero υ: τιθέ-ω, τιθεὶς; διδό-ω, διδούς.

14. *Quomodo flectuntur igitur Participia?*

Tempus præſens, imperf.

τιθεί-Σ.	ἱςά-Σ.	διδȣ́-Σ.	ζευγνύ-Σ.

Aoriſtus ſecundus.

θει-Σ[1], θέντος.	ςά-Σ, ςάντος.	δȣ̀-Σ, δόντος.

1. Τιθεὶς, *mittens*, θεὶς, *qui miſit*, æmulantur partic. τιθεὶς & θεὶς.

2. Ἴσας, *cognoſcens*, imitatur ἱςὰς, excepto quod accentus diſcrepent. Φὰς, *dicens*, *qui dixit*, imitatur τὸ ςὰς.

CAPUT QVARTVM.

De reliquis temporibus Activis, quæ primæ conjugationi in ω reſpondent.

1. *Unde & qui futura formantur tempora?*

A primitivis, ſive antiquis verbis in ω. Eo modo

Indicativus,		Optativus,	
θήσω, a θέω, ςήσω, a ςάω, δώσω, a δόω, ζεύξω, a ζεύγω,	flectitur ſecundum τύψω, aut φιλήσω.	θήσοιμι, ςήσοιμι, δώσοιμι, ζεύξοιμι,	ſecundum τύψοιμι.

APPEN-

APPENDIX.

Sic etiam φήσω, *dicam*, a φάω: ἥσω, *mittam*, ab ἕω. Reduplicationem quædam tamen retinent, ut διδώσω a δίδωμι, διδράσω, *fugiam*, a διδρημι, *fugo*.

2. *Quo pacto primus flectitur Aoriſtus?*

Indicativus.		Subjunctivus.	
ἔθηκα, ας, ε, ἔδωκα, ἔστησα, ἔζευξα,	ſecundum ἔτυψα.	στήσω, ῃς, ῃ. ζεύξω, ῃς, ῃ.	ſecundum τύψω, ῃς, ῃ.

APPENDIX.

2. Ἧκα, *miſi*, Att. ἕηκα, ſequitur ἔθηκα. συνῆκα, συνέηκα, aut ξυνέηκα, *intellexi*. ἀφῆκα, *dimiſi*, &c.

2. ἔφησα, *dixi*, imitatur ἔστησα.

3. Tria ſunt quæ κ ſumunt pro σ futuri, nempe ἔθηκα, *poſui*, pro ἔθησα; ἧκα, *miſi*, ab ἵημι: & ἔδωκα, *dedi*.

Hi tres Aoriſti vix uſurpantur extra Indicativum.

3. *Quî perfectum & plusquamperfectum flectuntur?*

τέθεικα, ας, ε, ἕστηκα, ſæpius vero ἕστακα, δέδωκα,	ſecundum τέτυφα.	ἐτεθείκειν ἑστάκειν ἐδεδώκειν	ſecundum ἐτετύφειν.

APPENDIX.

Quæ ab ἕω, ἕσω, derivantur, ponunt ει ante κα pro η Bœotorum more, τέθεικα, *poſui*, εἷκα, *miſi*, ab ἵημι:

Dores vero retinent η ſemper, dicentes ἧκα, τέθηκα. Ἕστακα, oritur ex Dorica dialecto: uſitatius vero quam ἕστηκα, ut diſtinguamus ab alio ἕστηκα, quod venit ab ἑστήκω, *perſiſto*.

Hic locum habet ſyncope: invenitur etenim ἕστατε pro ἑστήκατε, unde derivatur ἀφίστατε, itidem ἑστᾶσι pro ἑστήκασι.

Πέφηκα a φάω non reperitur.

 4. *Quî*

4. *Quî perfecti participia flectuntur?*

Omnia ſequuntur part. τετυφὼς, ut τεθεικὼς, &c.

APPENDIX.

1. Verba in κα abjiciunt prius κ Ionice, poſtea ab Atticis contrahuntur, unde in feminino faciunt ῶσα, & neutrum ſimile reddunt maſculino, ut: ἑστηκὼς, ῦια, ός, communi dialecto. ἑσταὼς, aut ἑστεὼς, ῶσα, ὸς. Ion. ἑστὼς, ἑστῶσα, ἑστὼς. Att.

Sic etiam διεστὼς, διεστῶσα, διεστὼς, *ſeparatus, a, um.* μεμαὼς, *cupiens, præparatus*, (a μάω, *deſidero*) pro μεμακὼς a μέμαα, *deſideravi*, pro μέμακα: præterea βεβὼς, *profectus*, a βάω: γεγὼς, *natus*, ab antiquo γάω, *naſcor*. Vide Dialect.

2. Interdum retinent quædam vocalem longam, ut: κεχάρηα, κεχαρηὼς, *gavisus*, pro κεχάρηκα, κὼς: & ἑστηὼς, pro ἑστηκώς.

CAPVT QVINTVM.

De præſentibus, imperfectis, & Aor. ſecundis Mediis, & Paſſivis, quæ propria ſunt verborum in MI.

1. *Quî formantur præſentia, atque imperfecta, quæ medio ac paſſivo communia ſunt?*

1. Præſens paſſivum, ac medium fiunt a barytono reduplicato, mutando ω in μαι, σαι, ται. τίθε-μαι, τίθε-σαι, τίθε-ται, a τιθέ-ω. Sed pro τίθεσαι, *poneris*, Attice dicitur τίθῃ, ut τύπτῃ. Sic & ἵστασαι, Attice ἵστῃ. Sunt & quæ communiter habent η, ut κάθῃ, *ſedes*.

2. Imperfectum mutat μαι præſentis in μην, σο.

ζο, τι. Ἵστα-μαι in ἱστά-μην. Τί-θε-μαι in ἐ-τιθέ-μην.

3. Optativus paſſivus fit ab Activo, interpoſito μ : ut τιθείμην a τιθείην. ἱσταίμην ab ἱσταίην.

4. Reliqua ſequuntur primam Conjugationem. Sed ſubjunctivus α & ω activi retinebit, abjecto puncto ſubſcripto tertiæ ſingulari. Imperativus autem a ſecunda perſona imperfecti derivabitur : ut τύπτου ab ἐ-τύπτ-ου, ſic τίθεσο ab ἐ-τίθεσο. ἵστασο ab ἵστασο, &c.

2. *Quomodo Aoriſtus ſecundus formatur, qui medio proprius ſoli eſt?*

Fit hic aoriſtus ab imperfecto ejuſdem vocis, abjecta ſolâ reduplicatione, ut in activo: ἐ-τι-τέμην, ἐτέμην. Sed ab ἱστάμην, ἑστάμην, non eſt in uſu. Hæc igitur tempora conſpicies juncta ordine perpetuo in ſequentibus tabellis.

INDICATIVUS.
Præſens Paſſ. & Med.

S.	τίθε-μαι,	ἵστα-μαι,	δίδο-μαι,	ζεύγνυ-μαι,
	τίθε-σαι,	ἵστα-σαι,	δίδο-σαι,	ζεύγνυ-σαι,
	τίθε-ται.	ἵστα-ται.	δίδο-ται.	ζεύγνυ-ται.
D.	τιθέ-μεθον,	ἱστά-μεθον,	διδό-μεθον,	ζευγνύ-μεθον,
	τίθε-σθον,	ἵστα-σθον,	δίδο-σθον,	ζεύγνυ-σθον,
	τίθε-σθον.	ἵστα-σθον.	δίδο-σθον.	ζεύγνυ-σθον.
P.	τιθέ-μεθα,	ἱστά-μεθα,	διδό-μεθα,	ζευγνύ-μεθα,
	τίθε-σθε,	ἵστα-σθε,	δίδο-σθε,	ζεύγνυ-σθε,
	τίθεν-ται.	ἵσταν-ται.	δίδο-νται.	ζεύγνυ-νται.

APPENDIX.

1. Ἵεμαι, *mittor*, καθίεμαι, *demittor*, & cetera compoſita æmulantur ubique τὸ τίθεμαι. Sed ἵεμαι, *deſidero*, non habet, niſi præſentia & imperfecta.

2. Ἵσαμαι, & ἴσαμαι, *ſcio*, interpoſito τ, ſequuntur ἵσταμαι, *ſto*, *ſtatuor*, unde ἐπίσταμαι, *ſcio*, ἐπίστασαι, ἐπίσταται.

Imperfectum Paſſivum.

S.	ἐτιθέ-μην,	ἱστά-μην,	ἐδιδό-μην,	ἐζευγνύ-μην,
	ἐτίθε-σο,	ἵστα-σο,	ἐδίδο-σο,	ἐζεύγνυ-σο,
	ἐτίθε-το.	ἵστα-το.	ἐδίδο-το.	ἐζεύγνυ-το.
D.	ἐτιθέ-μεθον,	ἱστά-μεθον,	ἐδιδό-μεθον.	ἐζευγνύ-μεθον,
	ἐτίθε-σθον,	ἵστα-σθον,	ἐδίδο-σθον,	ἐζεύγνυ-σθον,
	ἐτιθέ-σθην.	ἱστά-σθην.	ἐδιδό-σθην.	ἐζευγνύ-σθην.
P.	ἐτιθέ-μεθα,	ἱστά-μεθα,	ἐδιδό-μεθα,	ἐζευγνύ-μεθα,
	ἐτίθε-σθε,	ἵστα-σθε,	ἐδίδο-σθε,	ἐζεύγνυ-σθε,
	ἐτίθε-ντο.	ἵστα-ντο.	ἐδίδο-ντο.	ἐζεύγνυ-ντο.

APPENDIX.

Ἱέμην, *mittebar*, *deſiderabam*, καθιέμην, *demittebar*, ἀφιέμην, *dimittebar*, &c. ſecundum ἐτιθέμην: Ἐπιστάμην, *ſciebam*, ἐπίστασο, Ion. εο, Att. ω. aut etiam ἠπιστάμην, ἠπίστασο &c. ſecundum ἱστάμην, ασο, flectitur. Invenietur etiam infinitivus modus & participium verbi ἴσαμαι, & ἐπίσαμαι.

Aoriſtus ſecundus medius.

ἐθέμην,	ἐστάμην,	ἐδό-μην	ζεύγνυμι
ἔθεσο vel ἔθου,	ἔστασο, ἔστω.	ἐδό-σο, ἔδου.	etiam numquam hoc tempus habet in activo.
ἔθετο.	ἔστα-το.	ἔδοτο. &c.	

APPENDIX.

Ἕμην: ἷσο, & ἷο aut οὗ. ἷτο ſecundum ἐθέμην, flectitur. Quemadmodum ἐφάμην, dixi, ut ἱστάμην.

SUB-

SUBJUNCTIVUS.
Præſens & imperfectum.

S.	τιθ-ῶμαι,	ἱστ-ῶμαι,	διδ-ῶμαι,
	τιθ-ῇ,	ἱστ-ᾷ,	διδ-ῷ,
	τιθ-ῆται.	ἱστ-ᾶται.	διδ-ῶται.
D.	τιθώ-μεθον,	ἱστώ-μεθον,	διδώ-μεθον,
	τιθῆ-σθον,	ἱστῆ-σθον,	διδῶ-σθον,
	τιθῆ-σθον.	ἱστῆ-σθον.	διδῶ-σθον.
P.	τιθώ-μεθα,	ἱστώ-μεθα,	διδώ-μεθα,
	τιθῆ-σθε,	ἱστᾶ-σθε.	διδῶ-σθε,
	τιθ-ῶνται.	ἱστ-ῶνται.	διδ-ῶνται.

APPENDIX.

Ἱῶμαι, mittar, καθιῶμαι, demittar, &c. imitantur *τιθῶμαι*.

Quædam aſſumunt *η* pro *α* ut: *ἱστῶμαι, ἱστῇ, ἱστῆται*. &c. pro *ἱστᾷ, ἱστᾶται*.

Δύναμαι, poſſum, facit hic *δύνωμαι, poſſim*, ab *ἱστῶμαι* in hoc ſolo diſcrepans, quod non habeat accentum circumflexum. Rationem fac videas in Optativo.

Medii Secundus Aoriſtus.

θῶ-μαι,	στῶ-μαι,	δῶ-μαι,
θῇ,	στῇ,	δῷ,
θῆ-ται.	στῆ-ται.	δῶ-ται. &c.

APPENDIX.

Hic aoriſtus ſemper *η* habet, etiamſi *α* in imperfecto reperiatur: quod in activo etiam oſtenſum eſt.

Ὦμαι, mittar; ἀφῶμαι, dimittar, &c. imitatur *θῶμαι*.

OPTATIVUS.
Præſens & imperfectum.

S.	τιθεί-μην,	ἱσταί-μην,	διδοί-μην,
	τιθεῖ-ο,	ἱσταῖ-ο,	διδοῖ-ο,
	τιθεῖ-το.	ἱσταῖ-το.	διδοῖ-το.
D.	τιθεί-μεθον,	ἱσταί-μεθον,	διδοί-μεθον,
	τιθεῖ-σθον,	ἱσταῖ-σθον,	διδοῖ-σθον,
	τιθεί-σθην.	ἱσταί-σθην.	διδοί-σθην.

P.	τιθεί-μεθα,	ἱσταί-μεθα,	διδοί-μεθα,
	τιθεῖ-σθε,	ἱσταῖ-σθε,	διδοῖ-σθε,
	τιθεῖ-ντο.	ἱσταῖ-ντο.	διδοῖ-ντο.

APPENDIX.

1. Ἱείμην, *mittar*, ἀφιείμην, *dimittar*, &c. imitatur τιθείμην.

2. Secunda & tertia perſona accentum habent circumflexum, cum Activus Optativus in uſu ſit. Alioquin accentum in antepenultima ponunt, ut δυναίμην, *poſſim*, δύναιο, δύναιτο, quia non dicitur δύναμι in activo, nec per conſequentiam δυναίμην. Hæc quoque regula vim obtinet ſuam in ſubjunctivo.

Aoriſtus ſecundus Medii.

θεί-μην,	σταί-μην,	δοί-μην,
θεῖ-ο,	σταῖ-ο,	δοῖ-ο,
θεῖ-το.	σταῖ-το.	δοῖ-το. &c.

IMPERAT.

Præſens & imperfectum, vel potius futurum.

S.	τίθε-σο, vel τίθου.	ἵστα-σο, vel ἵστω.	δίδοσο, vel δίδου.	ζεύγνυ-σο.
	τιθέ-σθω.	ἱστά-σθω.	διδό-σθω.	ζευγνύ-σθω.
D.	τίθε-σθον,	ἵστα-σθον,	δίδο-σθον,	ζεύγνυ-σθον,
	τιθέ-σθων.	ἱστά-σθων.	διδό-σθων.	ζευγνύ-σθων.
P.	τίθε-σθε.	ἵστα-σθε.	δίδο-σθε.	ζεύγνυ-σθε.
	τιθέ-σθωσαν	ἱστά-σθωσαν	διδό-σθωσαν	ζευγνύ-σθωσαν.

APPENDIX

Sic etiam ἵεσο, *mittere*, ἀφίεσο, *dimittere*, & ſic deinceps ſecundum τύπτου, τυπτέσθω.

Aoriſtus medii ſecundus.

θέσο & θοῦ,	στάσο & στῶ,	δόσο & δοῦ,
θέσθω.	στάσθω.	δόσθω, &c.

APPEN-

APPENDIX.

Sic itidem ἕσο & οὗ, *miſeris*, unde derivatur κάθου, *ſubmittito*, pro κάθεσο: προσέσου, *admittito*, πρόου, *præmittito*, ubi idem accentus manet, qui in imperfecto exſtitit.

INFINITIVUS MODUS.

Præſens & imperfectum.

τιθέ-σθαι. ἱστά-σθαι. δίδο-σθαι. ζεύγνυ-σθαι, ut τύπτε-σθαι.

Sic ἵεσθαι, *mitti*, *mittere*, ἀφίεσθαι, &c.

Aoriſtus ſecundus medii.

θέ-σθαι. στά-σθαι. δό-σθαι.

Sic etiam ἕσθαι, *miſiſſe*, ἀφέ-σθαι, &c.

PARTICIPIA.

Præſens & imperfectum.

τιθέ-μενος. ἱστά-μενος. διδό-μενος. ζευγνύ-μενος.

Sic ἱέμενος, *mittens*, *miſſus*, ἀφιέμενος, &c.

Aoriſtus ſecundus medii.

θέ-μενος, στά-μενος. δό-μενος.

Sic ἕμενος, *qui miſit*, unde derivatur προέμενος, *præmittens*.

APPENDIX.

Φημὶ habet in medio ſolum Aoriſtum ſecundum in quatuor modis, hoc eſt, in Indicativo ἐφάμην, ἔφατο, &c. *dixi*. Imperativo φάο pro φάεο, *dic*, apud Hom. Infinitivo φάσθαι, *dixiſſe*. Participio φάμενος, *locutus*.

SEXTUM CAPUT.

De reliquis temporibus cum Mediis, tum Paſſivis, quæ cum prima conjugatione in Ω conveniunt.

I.

DE MEDIO.

1. *Futurum primum.*

Indicativus.	Optativus.	Infinitivus.	Participiũ.
θήσομαι,	θησοίμην,	θήσεσθαι,	θησόμενος,
στήσομαι,	στησοίμην,	στήσεσθαι,	στησόμενος,
δώσομαι.	δωσοίμην.	δώσεσθαι.	δωσόμενος.

APPENDIX.

Hæc omnia ſequuntur τύψομαι, τυψοίμην, &c. ſic etiam ἥσομαι, *mittam*, ἀφήσομαι, *dimittam*.

2. *Aoriſtus primus.*

indic.	subj.	opt.	imper.	infinit.	partici.
ἐστησάμην.	στήσωμαι.	στησαίμην.	στῆσαι.	στήσασθαι.	στησάμενος.

Ut ἐτυψάμην, τύψωμαι, &c.

APPENDIX.

1. Ἐθηκάμην, ἐδωκάμην. ſunt vix in uſu: interim deſcendunt ab ἔθηκα, ἔδωκα ut ἐτυψάμην ab ἔτυψα.

2. Ἡκάμην, *miſi*, ab ἵημι imitatur ἐθηκάμην: hinc oritur ἀνηκάμην, *laxavi*, *remiſi*, προσηκάμην, *admiſi*.

Aoriſtum ſecundum habuiſſe in antecedenti capite.

II. DE-

II.

DE PASSIVO.

1. *Futurum primum.*

Indicativus.	optativus.	infinitivus.	participium.
τεθήσομαι,	τεθησοίμην,	τεθήσεσθαι.	τεθησόμενος.
σταθήσομαι,	σταθησοίμην,	σταθήσεσθαι,	σταθησόμενος.
δοθήσομαι.	δοθησοίμην.	δοθήσεσθαι.	δοθησόμενος.

APPENDIX.

Sequêris ubique τυφθήσομαι, τυφθησοίμην, &c. Sed ſyllaba ante θήσομαι eſt hic brevis, quia totum verbum amat brevem characteriſticam. Sic etiam ἑθήσομαι, *mittar*, ἀφεθήσομαι, *dimittar*, &c.

2. *Aoriſtus primus.*

Indic.	Subj.	Optat.	Imp.	Infinit.	Part.
ἐτέθην,	τεθῶ,	τεθείην,	τέθητι,	τεθῆναι,	τεθείς.
ἐστάθην,	σταθῶ,	σταθείην,	στάθητι,	σταθῆναι,	σταθείς
ἐδόθην.	δοθῶ.	δοθείην.	δόθητι.	δοθῆναι.	δοθείς.

APPENDIX.

Hæc vero tempora ἐτύφθην, τυφθῶ æmulantur, &c. ſic etiam ἕθην, *miſſus ſum*, & εἵθην. Dicitur etenim ἀφείθην & ἀφέθην: μεθείθη. Hom. *dimiſſus eſt.*

3. *Præteritum perfectum.*

Indic.	Subj.	Optat.	Imp.	infin	Part.
τέθειμαι.	τεθῶμαι, τεθῇ.	τεθείμην, τεθεῖο.	τέθεισο.	τεθεῖσθαι,	τεθειμένος,
ἕσταμαι,	ἑστῶμαι, ἑστᾷ.	ἑσταίμην, ἑσταῖο.	ἕστασο.	ἑστάσθαι,	ἑσταμένος.
δέδομαι.	δεδῶμαι, δεδῷ.	δεδοίμην, δεδοῖο.	δέδοσο.	δεδόσθαι.	δεδομένος.

APPENDIX.

1. Hæc adeo tempora ſollemni more ab activo formantur; ſolum producta vocalis ante μαι mutatur in brevem, ut: δίδομαι, non δίδωμαι, a δίδωμι. Ratio data eſt in futuro. Sed τίθειμαι, a τίθειμι, retinet ει, quia eſt Dialectus peculiaris.

2. Εἷμαι, miſſus ſum, ἀφεῖμαι, dimiſſus ſum, imitantur τίθειμαι, excepto accentu. Sed pro ἀφεῖνται, dimiſſi, ἀνεῖνται, remiſſi ſunt, dicitur Attica dialecto ἀφέωνται, ἀνέωνται: eo quod ſecundum regulam, ſi nulla daretur exceptio, dicendum eſſet, ἕμαι, τίθεμαι: Propterea ἄφεσις, remiſſio, pro ἄφεισις, derivatur ab ἀφεῖσαι, ut θέσις a τέθεισαι, aut θέμαι à τέθειμαι.

4. *Pluſquam perfectum.*

Indic.

ἐτεθείμην, ἐςτάμην, ἐδεδόμην.	ſequuntur τὸ ἐτετύμμην, vel ἐτετίμην, habentq; in aliis modis eadem tempora, quæ perfectum.

APPENDIX.

Εἵμην, *miſſus eram*, ἀφείμην, *dimiſſus*, &c. imitantur ἐτεθείμην.

5. *Paullo poſt futurum.*

Indicativus.	Optativus.	Infinitivus.	Participiũ.
τεθείσομαι,	τεθεισοίμην,	τεθείσεσθαι.	τεθεισόμενος.
ἐςτάσομαι,	ἐςτασοίμην,	ἐςτάσεσθαι.	ἐςτασόμενος.
δεδόσομαι.	δεδοσοίμην.	δεδόσεσθαι.	δεδοσόμενος.

APPENDIX.

1. Hæc ſequuntur τετύψομαι: quemadmodum enim hoc derivatur a τέτυψαι, ſic τεθείσομαι, a τέθεισαι, &c.

2. Εἵσομαι, *paullo poſt mittar*, ἀφείσομαι, *mox dimittar*, flectuntur ut τεθείσομαι.

SE-

Digitized by Google

SEPTIMUM CAPUT.

De verbo εἰμὶ, SVM.

1. Anomala ſecundæ conjugationis ſequentia derivantur omnia tum ab ἔω leni ſpiritu; ut εἰμὶ, *ſum*, & εἶμι, ἴημι, *eo*: tum ab ἕω ſpiritu aſpero; ut ἧμαι, *ſedeo*, εἷμαι, *indutus ſum*: aut tandem ab obſoleto κέω, ut κεῖμαι, pro κέομαι, *jaceo*.

2. De ſubſtantivo εἰμὶ, ſi quæras, ex ἔω ſecundum regulam fiat ἔημι: ſed reduplicatio abjicitur: poſtea η mutatur in ει ad fugiendam ſimilitudinem verbi ἠμὶ, *dico*: & accentus poſtponitur. In tertia ſingulari, & in quatuor ſequentibus perſonis σ invenitur.

3. Imperfectum formatum eſt more ſolito, ἦν, *eram*, ab inuſitato ἦμι derivatur. Sed vocalis longa retinetur in omnibus numeris. ἦσθα, pro ἦς, *eras*, eſt ex Æolica dialecto traductum in communem. ἦ pro ἦν, *erat*, vix uſurpatur.

4. Quemadmodum ſolum præſens & imperfectum in activa forma apparet: ſic etiam ſunt tantum duo tempora in medio. ἤμην, *eram*, enim derivatur ab inuſitato ἧμαι, quod derivari potuit ab ἦμὶ, aut potius εἰμὶ: atque ἔσομαι, *ero*, derivatur ab ἔω, quod ἔομαι, faciat.

1. *Quomodo conjugas Præſens verbi* εἰμὶ INDICATIVUM?

S. Ἐιμὶ, εἶς vel εἶ, ἐστί.
D. ἐστὸν, ἐστόν.
P. ἐσμὲν, ἐστὲ, εἰσί.

Compoſita remittunt accentum in priorem ſyllabam, ut: πάρειμι, *adſum*, πάρει, πάρεσι. &c.

In ſecunda perſona εἶς eſt multo uſitatius apud Hom. quam εἶ; ſed εἶ invenitur ſæpius apud Oratores.

2. *Da Imperfectum.*

S. ἦν, ἦς, ἦ, vel potius ἦν,
D. ἦτον, ἤτην.
P. ἦμεν, ἦτε, ἦσαν.

5. *Detur*

Digitized by Google

5. *Detur* SUBJUNCTIVUS.

S. ὦ, ἦς, ἦ,
D. ἦτον, ἦτον.
P. ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

6. OPTATIVUS.

S. εἴην, εἴης, εἴη.
D. εἴητον, εἰήτην.
P. εἴημεν, εἴητε, εἴησαν, (ut πιθείην)
Sync. εἶμεν, εἶτε, εἶεν.

7. IMPERATIVUS.

S. Ἔσο vel ἴσθι, ἔστω.
D. ἔστον, ἔστων,
P. ἔστε, ἔστωσαν.

Invenitur etiam εἶ pro ἴσθι, ut πάρει, *huc ades.* Sic etiam ἤτω, Pſalm. 103. pro ἔστω: nam ab ἴω derivatur ἰέτω, quod per contractionem ἤτω fit. ἴσθι, *ſcito*, derivatur ab ἴσημι, *ſcio*, ſed ἴθι, *ito*, ab εἶμι, *eo.*

8. INFINITIVUS.

εἶναι, *eſſe.*

9. PARTICIPIUM.

M. ὤν, ὄντος,
F. οὖσα, οὔσης,
N. ὄν, ὄντος.

MEDIUM.

Imperfectum tempus.

S. ἤμην, ἦσο, ἦτο. Eurip.
D. ἤμεθον, ἦσθον, ἤσθην.
P. ἤμεθα, ἦσθε, ἦντο.
Dem. παρήμην, *aderam.*

Futurum primum,

S. ἔσομαι, ἔσῃ, ἔσεται vel ἔσται.
D. ἐσόμεθον, ἔσεσθον, ἔσεσθον.
P. ἐσόμεθα, ἔσεσθε, ἔσονται.

Huj

Hujus temporis.

Optativus eſt	Infinitivus.	Participium.
ἐσοίμην, ἔσοιο, &c.	ἔσεσθαι.	ἐσόμενος.

* Hinc oritur *παρεσοίμην afforem, ἀπεσοίμην, abeſſem.*

OCTAVUM CAPUT.

De εἶμι & ἵημι, eo.

Εἶμι formatur a poëtico verbo εἴω pro ἴω. ι habet locum in duali & plurali numero: quemadmodum ε manet in ἐστὸν, ἐστὲ, ἐστὶν, &c.

Sed ἵημι derivatum ab ἴω cum impropria reduplicatione plane eſt analogum, ſed in paucis perſonis uſitatum. En igitur primo εἶμι.

1. *Quis eſt* INDICAT. ACTIVUS *temporis præſentis* εἶμι?

S. εἶμι, εἶς, vel εἶ. εἶσι, vel ἴσι ſecundum quoſdam.
D. ἴτον, ἴτον.
P. ἴμεν, ἴτε, εἶσι.

Εἶ, εἶς, *vadis*, quod apud poëtas invenitur, eſt in hoc verbo minus in uſu quam εἶ: cujus contractio vera eſt εἶ, εἶς. pro εἶσι ajunt Iones ἴασι; hac de cauſa invenitur ſæpe προσίασι, *adeunt*; εἰσίασι, *ingrediuntur*, &c. Hæ vero leges duplicem habent accentum, ut ἄνιασι, ἀνιᾶσι, *adſcendunt*, κάτιασι & κατιᾶσι, *deſcendunt*, &c.

2. *Quodnam eſt Imperfectum?*

S. εἶν, εἶς, εἶ.
D. ἴτον, ἴτην.
P. ἴμεν, ἴτε, ἴσαν, *ibant.* ξύνισαν, *conveniebant.*

Reperi-

Digitized by Google

Reperitur etiam εἶον, ab ἴω. εἶεν, Heſych. *ibat*. pro εἶον, inquiunt Attici ᾖον, atque per dialyſin ἤϊον: unde apud Apollodorum derivatur ἐξήϊον.

Futurum ἴσω eſt inuſitatum: ſed dicitur εἶμι, ἴθι, aut ἴομαι.

Perfectum εἶκα etiam non invenitur, ſed hinc tamen derivatur pluſquamp.

3. *Pluſquamperfectum.*

Ἔικειν, Att. ᾔκειν, *iveram*, ᾔκειμεν, *iveramus*, aut per eliſionem ᾔεμεν & ᾖμεν. ᾔειτε, ᾖτε, *iveratis*.

Propterea dicitur & ἐπεξῆμεν, *erruperamus*, pro ἐπεξήειμεν aut ἐπεξειήκειμεν, ab ἐπέξειμι, *erumpo*. προσῆμεν, *acceſſeramus*, ἐξῆτε, *exiveratis*.

4. *Aoriſtus primus inuſitatus eſſet*

Ἔισα: cujus compoſitum nunc μετεῖσα, *intermiſi*, μετεισάμενος, *inveniens*, *intermiſſus*, Iliad. 3.

Ἐισάτην, Att. ᾐσάτην, *duo ibant*,

Ἔισαν, ᾖσαν & ἤϊσαν, *plures ibant*.

5. *Aoriſtus ſecundus.*

S. ἴον, ἴες, ἴε.

D. ἴετον, ἰέτην.

P. ἴομεν, ἴετε, ἴον.

SUBJUNCTIV. OPTATIVUS.

Aoriſtus ſecundus.

S. ἴω, ἴῃς, ἴῃ &c.
* ἀπίωμεν, *abeamus*.

ἴοιμι, ἴοις, ἴοι, &c.
* εἰ ἐπανίοι, Joſeph. *ſi rediret*.

IMPE-

IMPERATIVUS.

Tempus præſens.		Aoriſtus ſecundus.	
S. ἴθι,* vel εἶ,	ἴτω,	S. ἴε,	ἰέτω, &c.
D. ἴτον,	ἴτων,	*ἔξιε,	exi.
P. ἴτε,	ἴτωσαν.		

* ἔξει, Heſych. exi. ἄπει, abi. δίει, tranſi. Nullum invenitur compoſitum ab εἶμι, cum σὺν aut περὶ.

INFINITIV. PARTICIPIUM.

εἶναι, vel ἴναι. Forſan ab ἰέναι, quod derivatur ab ἴημι.

Ἰών, ἰοῦσα, ἰόν. Multi vocitant præſens, cujus tria verba numerant cum accentu in fine. ἰὼν, iens, κιὼν, vadens, & ἐὼν pro ὢν, exiſtens.

MEDIUM.

Perfectum Indicat.

ια, Att. ἦα (& per dialyſin ἤϊα, ας, ε, *ivi*) αμεν, *ivimus*, per ſyncopen ἦμεν. unde derivatur πῆμεν, *abiimus*.

Plusquamperfectum.

ᾔειν, *iveram*, * διήει, Herod. *tranſierat*, ροήει, Plut. *prodibat*, μετῄει, Dio. *perſequetur.*

ῄει, Luci. *ſubibat*, *ſuccurrebat*)

μεν, *iveramus*. ἐπανῄειμεν, *redieramus*.

ᾔεισαν,

Digitized by Google

ἤεισαν, Att. ἤεσαν, *iverant.* ἐξήεσαν, *exiverant.*

Tempus futurum.

Εἴσομαι, *ibo.* ἐπιείσομαι, Hom. *adibo.*

Aoriſtus primus.

Εἴσατο, *ivit.* Partic. μετεισάμενος, *inſecutus.*

ἽΗΜΙ, *vado.*

In Præſenti Indic. ἵησι, *it*; ἵεμεν, *imus*; ἀνίεμεν, *adſcendimus*; κατίεμεν, *deſcendimus.*

In imperfecto. ἵεσαν, *ibant.*

In optativo. ἱείη, *utinam iret.*

In infinitivo. ἱέναι, *ire.* * ἀπιέναι, *abire.* μετιέναι, *perſequi*; προσιέναι, *accedere.*

In participio. ἱείς, ἱέντος, *iens.*

In medio.

Ἵεμαι, *eo.* ἵεται, *it*; ἵενται, *eunt.*

Imperativus eſt ἵεσο, ἱέσθω, *ito.*

Participium ἱέμενος, *iens*, apud Apollon.

NONUM CAPUT.

De ἧμαι, *ſedeo*, & εἷμαι, *ſum indutus.*

1. Ἧμαι, *ſedeo*, contractum, quod ſemper ſuum η retinet, venit ex diſſoluto ἕημαι. ἕεμαι, derivatur rurſus ab ἕημι, & ἕημι ab ἑέω pro ἕω.

2. Compoſita remittunt accentum in priorem ſyllabam, ut κάθημαι, *ſedeo*, κάθησαι aut κάθη, κάθηται &c.

3. Diſtingue hic quatuor verba, nempe 1. ἧμαι, de quo nunc agimus. 2. εἷμαι, *miſſus ſum*, & *veſtitus*, ab ἕημι vel ἕω. 3. ἥσμαι ab ἥδω, *delector.* 4. & εἷσμαι, *ſedi*, ab ἕζομαι, unde oritur εἵσμην, *ſederam.*

I. *Quis eſt* INDICATIVUS *præſens.*

S, Ἧμαι, ἧσαι, ἧται,

D. ἥμεθον

D. ἥμεθον, ἧσθον, ἧσθον.
P. ἥμεθα, ἧσθε, ἧνται.

Ab ἕω derivatur etiam ἕζω, καθίζω, colloco; ex quo ἑδεῖν, ſedere, aoriſtus ſecundus, oritur. E in ι mutato dicitur ἵζω, καθίζω, ἐκάθιζον, καθίσω, ἐκάθισα, κεκάθικα. Imperativus κάθιζε, κάθισον, κεκάθικε.

2. *Imperfectum.*

S. ἥμην, ἧσο, ἧτο.
D. ἥμεθον, ἧσθον, ἥσθην.
P. ἥμεθα, ἧσθε, ἧντο.

* Compoſitum eſt ἐκαθήμην, ἐκάθησο, το, aut ſine augmento καθήμην, καθῆσο, το.

IMPERAT.

S. ἧσο, ἥσθω. itidem κάθησο, καθήσθω.

INFINIT.

ἧσθαι, καθῆσθαι, ſedere.

PARTICIPIUM.

ἥμενος, καθήμενος. etiam παρήμενος.

2. *Quæ tempora habet* Εἷμαι?

Perfectum & pluſquam perfectum in Paſſivo: futurum primum, & Aoriſtum primum in Activo: præterea primum Aoriſtum in medio.

PERF. PASSIVUM.

S. εἷμαι, εἷσαι (Poët. ἕσσαι) εἷται & ἕσται.
Pl. εἵαται, induti ſunt.

Pluſquamperfectum.

S. εἵμην, εἷσο & ἕσσο, εἷτο & εἷστο vel ἕστο.
P. εἵατο. Hom. induti erant.

Participium.

εἱμένος, veſtitus.

ACTIVI futurum eſt ἕσω, aut ἕσσω, veſtiam ab [ἕω] aut ἕννυμι, veſtio. aor. 1. εἷσα, veſtivi. Infinitivus εἷσαι & ἕσσαι. ἐφέσσαι, eſt apud Hom.

* Sed

* Sed ἔφισται cum accentu in antepenultima eſt medii imperativus, ut τύψαι.

MEDII.

Aoriſtus primus eſt εἱσάμην, ἑστάμην & ἑι-σάμην.

Participium ἑστάμενος.

CAPVT DECIMVM.

De κεῖμαι, *jaceo.*

* Κεῖμαι ponitur pro κέιμαι, a κέημαι ex κέω pro κέω. Unde, Poëtæ efficiunt κέονται, *jacent*, κέοντο, pro ἐκέοντο, *jacebant*. Κεῖμαι retinet ubique ſuum ει, quemadmodum ἧμαι ſuum η.

1. *Conjuga tempus præſens.*

S. Κεῖμαι, κεῖσαι, κεῖται.
D. κείμεθον, κεῖσθον, κεῖσθον.
P. κείμεθα, κεῖσθε, κεῖνται.

2. *Imperfectum.*

S. ἐκείμην, ἔκεισο, ἔκειτο.
P. ἔκειντο, *jacebant.*

3. *Medium.*

Fut. κείσομαι, *jacebo.* (a κέω, -ομαι, ῃ, εται.) Imperativus eſt κεῖσο, *jace.* Infinitivus κεῖσθαι.

Participium, κείμενος.

Subjunctivus eſt, κέωμαι a κέω. κατακέωνται Luci. *ſubjaceant.*

1. Con

1. Compoſita in tertiam a fine ſyllabam remittunt accentum, ut ἀνάκειμαι, *diſcumbo.* Sed infinitivus modus retinet accentum eadem in ſyllaba, in qua fuit in ſimplici. ut κεῖσθαι, *jacêre*, περικεῖσθαι, *circumjacere.*

2. De Ἵημι, ἵστημι & φημὶ vide ſub præſentibus temporibus τίθημι & ἵστημι.

FINIS LIBRI QUARTI.

QVINTVS LIBER.

De verbis Defectivis, & Investigatione originum.

CAPUT PRIMUM.

De Defectivis.

I. *Quæ appellantur verba Defectiva?*

1. Quæ perſonis quibuſdam carent, unde imperſonalia nominantur, ut: δεῖ, *oportet*, ἔδει, *oportebat*, δεήσει, *oportebit*, &c.

2. Modis: ut ἵστημι, quod nec in indicativo, nec in ſubjunctivo uſurpatur; etiamſi in optativo dicatur ἱσταίην, & in infinitivo ἱστάναι.

3. Temporibus: quorum numerus multo maximus.

2. *Quot igitur verborum genera, quæ deficiuntur Temporibus?*

Duo. Quædam enim habent ſolum præſe & imperfectum, ut: λαμβάνω, *capio*, ἐλάμβανον, *capiebam*. Reliqua enim tempora eſt u aliunde derives, ſc. a priſco λήβω.

Quædam e contrario habent quidem ali tempora, ſed non imperfectum, aut præſen ut ἔφυν, *natus ſum*, cujus præſens φῦμι inuſ tatum eſt.

Primum

Primum genus iterum ſinditur in duos quaſi ramos, quorum primus deſcendit ex Prima conjugatione in Ω, & ſecundus ex ſecunda in Mi. Ad tradendam itaque diſtinctam hujus ἀναμνήσεως cognitionem, ſolidumque fundamentum jaciendum ad inveſtiganda themata, deformabimus diverſos hoſce ramos in diverſis Tabulis.

TABULA PRIMA.

De verbis in Ω, quæ cum duntaxat præſens & imperfectum habeant, cognoſcuntur ex ſignificatione, reduplicatione, derivatione, aut terminatione.

I.

EX SIGNIFICATIONE.

1. Verba in αω, quæ imitationem aut ſimilitudinem ſignificant, non flectuntur, niſi in præſenti et imperfecto ut: *κιλλαινιάω*, *nigrico*: *χιάω*, *candeo inſtar nivis*: *γαληνιάω*, *tranquillus ſum*.

2. Verba concupiſcendi in αω, ut βασιλειάω, *regnaturio*: μαθητιάω, *diſcendi ſum avidus*: ὠνητιάω, *empturio*; στρατηγιάω, *imperaturam affecto*; φονάω, *cædis perpetrandæ ſum avidus*: μαχάω, *pugnare cupio*.

I I.

EX REDUPLICATIONE.

Omnia verba, quæ reduplicationem abſolvunt liquidâ, ſunt defectiva: βαίνω, βαμβαίνω, *articulate loquor*; μαίρω, μαρμαίρω, *niteo*; φαίνω, παμφαίνω, *luceo*.

Adjungas μορμύρω, γαργαίρω, *vibro*: μορμύρω, *murmuro*; δαρδάπτω, *dilanio*. Tamen Heſychius habet δεδάρδαφε, *voravit*.

I I I.

EX TERMINATIONE.

1. Cognoſcuntur, quæ duplicem habent conſonantem ante ω; ut, ῥέμβω, *in gyrum circumago*; φέρβω, *nutrio*; σπένδω, *libo*, *fundo*; πέρδω, *crepitum ventris emitto*; ἔλδομαι, *appeto*, &c Characteriſtica late patet in derivatione: ut videbis paullo poſt.

2. Quædam habent tamen unam conſonantem, cum deſinunt in ΒΩ. Nam φέβω & ομαι, *fugio*, pauca habet tempora a ſe ipſo; ſic etiam σέβω *colo*, etſi ἐσέβην, *adoratus ſum*, apud Soph. Sed λείβω, ἀμείβω, τρίβω, & ſimilia ſunt analoga.

Vel ΛΩ. ut θέλω, *volo*: μέλω, *curam geſſi*: πέλω, *ſum*; βέλομαι, *volo*, & ſic deinceps.

IV.

EX DERIVATIONE, QUÆ TERMINATIONEM COMITATUR.

1. Defectiva agnoſcas poëtica verba in αω, quæ aliunde derivantur, præſertim ſi illud verbum aut nomen rurſus oritur ab alio verbo, ut ἰσχανάω, *retineo*, ab ἰσχαίνω, quod rurſus derivatur ab ἴσχω, facto ex ἔχω, *habeo*. δεικανάομαι, *porrigo manum ad prebendendum*, a δεικάνω: quod factum ex δείκω a δέκομαι, Ion. pro δέχομαι, *accipio* Sed ſi verbum ab uno tantum fonte oritur, habet omnia tempora, ut μηχανάομαι. *machinor*, a μηχανὴ, *machina*.

2. Quæ ante αω, εω, ω, N interponunt in derivatione, ut: περνάω, *vendo*, a περάω. οἰχνέω, *abeo*, ab οἴχομαι πίφνω: *extinguo*, a φένω ἰθύνω, *dirigo*, ab ἰθὺς, *rectus*. Quædam vertunt E in ι: ut, πίτνω, πιτνέω, a πέτω, *cado*. Quædam deſinunt in μι, ut: κιρνάω, κίρνημι a κεράω, *miſceo*, &c. Euſtath. notavit, etiam πένω: ſed vix eſt in uſu, quamvis πένομαι ſæpe inveniatur apud Hom. πέπονα, *laboravi*, eſt medium; unde πόνος, *labor*.

3. Quæcumque in ΙΖΩ deſinunt, orta à verbis circumflexis, eandem habentibus ſignificationem, ut

αἰτῶ, αἰτίζω, *peto*.

ἠρεμέω, ἠρεμίζω, *quietus ſum*.

Sed ſi primitivum & derivatum diverſum efficiunt ſenſum, habent plura tempora, ut, πλουτέω, *dives ſum*, πλουτίζω, *locupleto*. Secundo & hoc verum magna ex parte, cum ΙΖΩ à nomine derivatur; ut οἰκίζω, *condo*, ab οἶκος, *domus*. Euſtathius numerat tamen inter defectiva ὀμβρίζω, *imbre rigo*, ab ὄμβρος, *pluvia*; & σταθμίζω, *pondero*, a σταθμὸς, σταθμίον, *libra*.

4. Poëtica derivata in ΑΘΩ, ΕΘΩ, ΥΘΩ, ΣΘΩ, ΧΘΩ, & ΚΩ, ut:

ἀμύνω, ἀμυνάθω, *auxilior*, *defendo*.

ἔδω, ἔσθω, *edo*.

ὀλέκω, *perdo*, ab ὀλέω.

ἐρυκάκω & κέω, *ſubibeo*, ex ἐρύκω, ab ἐρύω.

5. Polyſyllaba quæ deſinunt in ΑΝΩ, ΑΙΝΩ, & ΕΙΝΩ, orta ab έω, άω, ut:

Ἁνδάνω, *placeo*; nam fut. 2. ἁδῶ fit ab ἁδέω, ex ἥδω, *delecto*. Ολισθαίνω, *labor*, ab ὀλισθέω. ἀλεείνω, *vito*, ab ἀλέυω. ſed τείνω, & alia diſſyllaba in ινω ſunt analoga.

6. ΠΤΩ, ΚΤΩ. ΣΧΩ, ΞΩ, ΨΩ. ut: πίπτω, *cado*, a πέτω. τίκτω, *pario*, a τέκω. ἐνίπτω, *dico*, ab ἐνέπω. ῥίπτω, *jacio*, a ῥέπω, regulam ſequitur.

ἴσχω, *habeo*, ab ἔχω. Ἀμπίσχω, *amicio*, ex ἀμφὶ, *circum* & ἔχω.

Ἀλέξω, *depello*. *opem fero* ab ἀλεξέω, unde mutuatur.

ἕψω, *coquo*, ab (ἑψέω).

7. De

7. Derivata a futuris. ut: ἄξω, *ago*: unde imperativus ἄξε, ἴτω. Οἴσω, *porto*, unde imperfectum οἶσον, imperativus οἶσε, ἴτω. ὄρσω, *concito*, ὄρσομαι, *concitor*, ὠρσόμην, *concitabar*, ὦρσο, Ion. ὄρσεο, *concitabare*. Imperativus eſt ὄρσε, *concitare*. Hæc veniunt ab ἄγω. ἄξω. οἴω, οἴσω. ὄρω, ὄρσω, Æol. pro ὀρῶ.

Huc pertinent etiam derivata in ειω, quæ a futuro derivantur, ut γαμησείω, *nupturio*, a γαμήσω, *uxorem ducam*, quod a γαμέω, *duco*. Πολεμέω, *bellum gero*, πολεμήσω, format πολεμησείω, *bellare geſtio*. [βρόω,] aut βρώσκω, *edo*, βρώσω facit βρωσείω, *eſurio*.

Hæc non habent imperfectum: ſed ὀψείω ab [ὄπτω, ὄψω] facit ὤψειον, inquit Caninius.

8 Quæ gradatim à ſe invicem derivantur, quorum quædam deſinunt in ΑΖΩ, ΙΖΩ, ΕΘΩ, ut: ἀλύω, *oberro*, ἀλύσω: ἀλύσκω, ἀλυσκάζω. [δράω] δράσω. [δράσκω,] δρασκάζω, *fugio*. [ἐλάω] ἐλάσω: ἠλάσκω, ἠλασκάζω, *diſcurſo*.
[ἕλω] ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκύζω, ἑλκυστάζω, *traho*.
ἕρπω, ἑρπύζω, ἑρπυστάζω, *ſerpo*.
τρέπω, τρέψω, τρεπαλίζω, *verto, converto*, etiam ἐντρεπαλίζω. [βάω] βιβάω, βιβάσω, βιβάσθω, etiam βιβάσσω, Heſych.

Ad duos antecedentes numeros, refer omnia deſinentia in ΣΚΩ, qualiſcunque vocalis præcedat, ut: ἡβάσκω, *pubeſco*, ab ἡβάω. ἀλδήσκω *augeor*, a futuro ἀλδήσω. κυΐσκω, *gravida ſum*, κυέω. ἀμβλώσκω ab ἀμβλόω, ώσω, ἐξαμβλῦν, invenitur apud Platonem. μεθύσκω, *inebrio*, a μεθύω; φαύσκω, πιφαύσκω, πιφαύσκω, & πιφράσκω derivantur a φάω. τιτρώσκω, *perfodio*, a τρόω.

9. Quæ deſinunt in ΒΛΩ, ΓΡΩ, ΚΛΩ, ΣΠΩ, ΣΣΩ, ΣΜΩ, ΦΛΩ, derivatione comitante figuras poëticas, epentheſin ſyncopen, aut antitheſin, ut: μέμβλομαι, *curo*, a μέλομαι: ἵσπομαι, *ſequor*, ab ἕπομαι: ὄφλω, *debeo*, ab ὀφείλω. ἔγρομαι, *excitor*, ab ἐγείρομαι: quamvis Heſychius inquit ἐξέγρετο pro ἐξεγέρθη, παιφάσσω, *undique aſpicio, curro, agito*. κέκλομαι, *hortor*, a κέλομαι. τέτμω, *invenio*, a τέμνω. ἀγρόμαι, *congregor*, ab ἀγείρομαι. Ἐνίσπω, *dico*, (pro quo Hom. ἐνίσσω ab ἐνέπω) format tamen ἐνίψω, *dicam*, & aliunde ἐνισπήσω. Ἀηθέσσω, *inſuetus ſum*. ἀγνώσσω, *ignoro*. ἀπινύσσω, *deſipio*. Addas huc ΙΛΛΩ, ΥΛΛΩ. ut δινίλλω, *contorqueo oculos, circumſpecto*, a δινέω, *circumago*, & ἴλλος, *oculus*. βδύλλω, *flatum ventris emitto*, a βδέω, *pedo*.

TABULA SECUNDA,

Complectens quinquaginta ſeptem octove verba in MI, quæ ſolum fere præſens & imperfectum habent: Futurumque aliunde mutuantia terminant in ΣΩ, ΞΩ, ΝΩ.

I.

PRIMA SERIES FUTURORUM IN ΣΩ MUTUATITIUM, PRÆSENS TERMINAT ΗΜΙ VEL ΥΜΙ.

α. ΗΜΙ.

Cum verba in -ημι, ſolo fere gaudent præſenti & imperfecto: futura, quibus carent, utenda petunt.

1. Ab ΑΩ, ΑΣΩ, vel -άζομαι ut γήρημι, *ſeneſco*, vix uſitatum in Indic. unde Inf. γηρᾶναι, καταγηρᾶναι. Part. γηρᾶς, ἀντὸς, ſed Fut. καταγηράσω, venit a γηράω.

Δίδρημι, *fugio*, in Optat. ἀποδραίην, διαδραίην. Infin. 1. ἀποδρᾶναι, διαδρᾶναι. partic. ἀποδρᾶς, διαδρᾶς. Vide inf. Reg. III. cap. III.

Κίρνημι, *miſceo*. Imperf. ἐκίρνην. Infin. κιρνάναι. Partic. κιρνάς. Sed Fut. κεράσω, & alia tempora a κεράω.

Κρέμνημι aut κρήμνημι, *ſuſpendo*. Imperat. κρήμνη, Att. pro κρήμνηθι aut κρήμναθι. Paſſ. κρήμναμαι, *ſuſpendor*. Part. κρημνάμενος. Fut. κρεμάσω, κρεμασθήσομαι a κρεμάω. Invenitur etiam κρέμαμαι, *pendeo*, ἐκρέμω, pro ἐκρέμασο, *pendebas*: κρέμασθαι, *pendere*: κρεμάμενος, *pendens*. Quinimo κρέμομαι. Ariſtoph. ἐκ κρέμοισθε.

Πέρνημι, *vendo*. Inf. περνάναι. Part. περνάς. Paſſ. πέρναμαι. Inf. πέρνασθαι. Part. περνάμενος. Fut. περάσω, a [περάω] unde oritur πιπράσκω.

Σκίδνημι, *diſpergo*. Paſſ. σκίδναμαι. imperf. ἐσκιδνάμην. Inf. σκίδνασθαι. Part. σκιδνάμενος. Fut. σκεδάσω, σκεδασθήσομαι. præſ. ἐσκέδασμαι a σκεδάω.

Ἄγαμαι, *admiror*, imperf. ἠγάμην. Opt. ἀγαίμην. Sed Fut. ἀγάσομαι: Aor. 1. ἠγασάμην, & partic. ἀγασθεὶς, derivantur ab ἀγάομαι aut ἀγάζομαι

Ἔραμαι, *amo*, Imperf. ἠράμην. Reliqua ab ἐράω.

Πρίαμαι, *emo*. (πρίημι etenim, quod Etymologus habet, eſt inuſitatum) imperf. ἐπριάμην. Subj. πρίωμαι. inf. πρίασθαι part. πριάμενος, a πριάω. Ἐπρίω, *emebas*, ponitur pro ἐπρίασο, in imperfecto. ἐπρίω, *emiſti*, pro ἐπρίαο Ionice, ſive ἐπριάσω in Aoriſto 1. med. Imperat. πρίω, ex πρίασο, *eme*.

2. ΣΩ

2. ΣΩ derivatur ab ἄω, fut. ἤσω, ἤσομαι: ut βίβημι, eo, inuſitatum in Indicativo, pro quo βαίνω utimur. part. βιβὰς apud Hom. Aor. 2. ἔβην Subj. βῶ, βῇς, βῇ. Optat. βαίην. De Fut. βήσω, Vide inf. c. IV. Reg. 9.

Ἕστημι, conſiſto, exolevit: Sed in Opt. dicitur ἑσταίην, unde Hom. ἀφεσταίην, abſiſterem. Infin. ἑσταίναι, ſtare. Fut στήσω derivatur a [στάω]

Κίχρημι, commodo, do utendum, (pro quo & dicitur κιχρέω) facit κιχρεῖσι, commodant. part. κιχρεὶς. paſſ. κίχραμαι. part. paſſ., κιχράμενος. Sed fut. χρήσω. Aor. 1. ἔχρησα. Perf. κέχρηκα a χράω. Sed χρησόμενος, utendum rogans, indigens, & χρηστὸς, ad uſum expetitus, derivantur a [χρέω]

Ὀνίνημι, juvo, proſum. Inf. ὀνινάναι. paſſ. ὀνίναμαι. Inf. paſſ. ὀνίνασθαι. part. ὀνινάμενος. Item ſine reduplicatione ὄναμαι, ὀναίμην, ὄνασθαι. Fut. ὀνήσομαι, fructum percipiam, eſt ab [ὀνάω]

Πίπλημι, aut πίμπλημι, impleo (alio etiam modo πιπλάω, πιμπλάω) imperf. ἐπίπλην: imperat. compoſiti ἐμπίπλη, Att. pro ἐμπίπληθι aut ἐμπίπλαθι. inf. πιπλάναι. Paſſ. πίμπλαμαι. imperf. ἐπιμπλάμην. Inf. πίμπλασθαι. part. πιμπλάμενος. Fut. πλήσω, &c. a [πλάω] aut etiam πλήθω.

Πίπρημι aut πίμπρημι, incendo, comburo. Imperf. ἐπίμπρην. inf. πιμπράναι. In compoſitis ἐμπιπράναι. apud Ariſtoph. part. πιμπρὰς. præſ. paſſ. πίμπραμαι. Imperf. ἐπιμπράμην. inf. πίμπρασθαι. Part. πιμπράμενος. Alia tempora ſumit a [πράω] aut πρήθω. fut. πρήσω, πρησθήσομαι. Aor. paſſ. ἐπρήσθην. Perf. πέπρησμαι.

Τέτλημι, patior, vix receptum facit τετλᾶσι, patiuntur. Opt. τετλαίην. imperat. τέτλαθι, Attice τέτλα. inf. τετλάναι. Aor. 2 ἔτλην, τλαίην, τλῆθι, τλῆναι, τλάς. Sed Fut. τλήσομαι, perf. τέτληκα derivantur a [τλάω] ex ταλάω.

Τίτρημι, perforo, a [τράω] facit Fut. τρήσω. Aor. 1. ἔτρησα. perf. paſſ. τέτρημαι. Aoriſt. 1. paſſ. ἐτρήθην.

Δύναμαι, poſſum, imperf. ἐδυνάμην, Att. ἠδυνάμην. ſubj. δύνωμαι. Opt. δυναίμην. inf. δύνασθαι. part. δυνάμενος. Sed fut. δυνήσομαι, Aoriſt. 1. ἐδυνήθην, perf. δεδύνημαι, ſunt quaſi a δυνάομαι.

Ἴπταμαι, volo. imperf. ἱπτάμην. Aor. Med. 2. ἐπτάμην, Part. πτάμενος. Aor. 2. Act. ἔπτην. inf. πτῆναι. Part. πτὰς. quaſi ab ἵπτημι. A [πτάω] pro πετάω, derivatur fut. 1. πτήσομαι. A πέτομαι, ἐπτόμην, πτέσθαι, & πτόμενος pro ἐπτόμην, &c. per ſyncopen.

3. ΣΩ hic etiam derivatur ab ἔω, Fut. ἤσω: ut,

Ἄημι, ſlo, ab inuſitato ἀέω, Poëticum, & retinet η imp. ἀήτω. ſpirato. inf. ἀῆναι. Sed ἀεὶς, ſpirans, ἀεῖσι, ſpirant, non ἀέισι.

Δίδημι, ligo. imperf. ἐδίδην. inf. διδέναι. Part. διδεὶς. Cujus primitivum eſt δέω, fut. 1. paſſ. δεθήσομαι. Aor. 1. paſſ. ἐδέθην. p. δέδεμαι.

[Εἴδημι] ſcio, opt. εἰδείην. Inf. εἰδέναι. Subj. autem εἰδῶ. derivatur vel ab εἴδημι, vel εἰδέω. unde fut. εἰδήσω.

Pro ἴσχημι habeo, vid. ἴσχω vel ἔχω, infra c. IV.

§. XIII.

VERBA IN -υμι FUT. IN -ζω SUMUNT.

1. Ab -άω, -άσω: ut Κεράννυμι, aut etiam κεραννύω, *miſceo*. Reliqua enim oriuntur ſecundum regulam ex κεράω. fut. κεράσω. perſ. κεκέρακα. perſ. paſſ. κεκέρασμαι. Aor. 1. ἐκεράσθην. fut. 1. κερασθήσομαι. Pro κεκέρακα dicitur plerumque κέκρακα; pro κεκέρασμαι, κέκραμαι abſque σ, etiam ἐκράθην, κραθήσομαι, ut a κράω.

Κρεμάννυμι, aut κρεμαννύω, *ſuſpendo*, futurum κρεμάσω, κρεμασθήσομαι derivat a κρεμάω.

Πετάννυμι, aut πετάννύω, *tendo*, ſumit a [πετάω] fut. πετάσω, πετασθήσομαι, πεπέτασμαι & πέπταμαι, per ſyncopen.

Σκεδάννυμι, aut σκεδαννύω, *diſpergo*. fut. σκεδάσω, σκεδασθήσομαι perſ. paſſ. ἐσκέδασμαι. Aor. ἐσκεδάσθην.

2. Ab έω, έσω: ut Ἕννυμι, *induo*, aut ἑννύω, ab [ἕω] mutuo ſumit futurum primum ἕσω. Aor. 1. medii ἑσάμην perſ. paſſ. εἷμαι, in participio εἱμένος. Fut. 1. paſſ. ἑσθήσομαι. Sed compoſitum, ut, ἀμφιέννυμι, ἀμφιέννυμαι, & ἀμφίεμαι eſt multo uſitatius. fut. ἀμφιέσω, Att. ἀμφιῶ. (unde Ariſtoph. Equitibus inquit προσαμφιῶ, *inſuper veſtiam*) Aor. 1. ἠμφίεσα perſ. paſſ. ἠμφίεσμαι.

Ζέννυμι, aut ύω, *forvefacio*. fut. 1. ζέσω, &c. a ζέω.

Κορέννυμι, aut ύω, *ſatio*. Fut. κορέσω κορεσθήσομαι, &c. a [κορέω.]

Ὄλλυμι, -ύω, *perdo*, fut. ὀλέσω, ab [ὀλέω].

Σβέννυμι aut ύω, *exſtinguo*. fut. σβέσω, σβεσθήσομαι, perſ. ἔσβεκα, ἔσβεσμαι. derivantur ab inuſitato verbo σβέω. Hinc oritur fut. Med. σβήσομαι, ἀποσβήσομαι, *exſtinguam*, quemadmodum dicitur ἔσβηκε, ἀπέσβηκε. Aor. 2. ἔσβην, *exſtinxi*, venit ab inuſitato σβῆμι. Sed ἔσβην, *exſtinctus ſum*, ab ἔσβον. Doctor Pariſ. p. 295.

Στορέννυμι, aut ύω, etiam στόρνυμι, *ſterno*. fut. στορέσω. Aor. 1. ἐστόρεσα. Sumit & tempora a στρώννυμι. Vide ſis num. 4.

3. Ab ίω, ίσω: ut τίννυμι aut τιννύω, *pendo*, *patior*. fut. τίσω, aor. 1. ἔτισα. perſ. τέτικα, a τίω. Aliter etiam τίνω.

4. Ab όω, όσω, aut ωω, ώσω, ut: Ζώννυμι, aut ύω, *cingo*, fut. ζώσω. perſ. act. ἔζωκα. perſ. paſſ. ἔζωσμαι. Aor. 1. ἐζώσθην, a [ζόω]

Ὄμνυμι, aut -ύω, *juro*. fut. ὀμόσω, perſ. ὤμοκα, Att. ὀμώμοκα. fut. 2. Med. ὀμοῦμαι, ὀμῇ, ὀμεῖται, Ab [ὀμόω.]

Ῥώννυμι, aut -ύω, *corroboro*. fut. ῥώσω. perſ. ἔρρωκα paſſ. præt. ἔρρωμαι. pluſquam perſ. ἐρρώμην. imperat. ἔρρωσο, ἐρρώσθω, *vale*, *valeto*. int. ἐρρῶσθαι

Στρώννυμι, aut -ύω, *ſterno*. fut. στρώσω. Aor: 1 ἔστρωσα paſſ. ἐστρώθην. perſ. ἔστρωμαι, ab inuſitato στρόω.

Χρώννυμι, aut -ύω, *coloro*, *imbuo*, fut. χρώσω. Aor. ἔχρωσα perſ. paſſ κέχρωσμαι, aſſumto σ a [χρόω].

Χώννυμι, aut -ύω, *aggerem duco*. Fut. χώσω. Aor. ἔχωσα perſ. paſſ. κέχωσμαι Aor. 1. paſſ. ἐχώσθην. fut. χωσθήσομαι, a χόω. Thuc. l. 2 χῶμα ἔχουν. q. d. aggerem aggerabant. Voſſ.

II.

Secunda Series Futurorum in ΞΩ mutuatitium, præſentis finem ſemper habet ΥΜΙ.

1. ΞΩ venit a verbis in ΓΩ, ut Ἄγνυμι, aut -ύω, *frango*, ſumit tempora, quamvis inuſitatum ſit bar. ab (ἄγω) fut. ἄξω. Aor. 1. ἔαξα Att. pro ἦξα. Aor. 2. paſſ. ἐάγην pro ἤγην perf. Med. ἦγα. ἔαγα. Sic & compoſitum κατάγνυμι. κατεαγμένος, & κατεαγώς, pro κατηγμένος & κατηγώς: retinet vero augmentum contra regulam in Aor. 2. ſubjunctivi, κατεαγῶσι pro καταγῶσι, *confracti ſunt*, & inf. κατεαγῆναι.

Εἴργνυμι, aut -ύω, *arceo*, fut. εἴρξω. Aor. 1. εἶρξα. perf. εἶρχα. perf. paſſ. εἶργμαι. Aor. 1. paſſ. εἴρχθην, ab εἴργω.

Μίγνυμι, aut ύω, *miſceo*, fut. μίξω, μιχθήσομαι. Aor. 1. ἔμιξα, ἐμίχθην Aor. 2. ἐμίγην. inf. μιγῆναι. Partic. μιγείς, ceu a (μίγω)

Ὀμόργνυμι, aut -ύω, *tergo*. Fut. ὀμόρξομαι. Aor. 1. Med. ὠμορξάμην, quaſi a ὀμόργω.

Οἴγνυμι, aut -ύω, *aperio*. fut. οἴξω. Aor. 1. ἔῳξα, Att. pro ᾦξα. perf. paſſ. ἔῳγμαι, pro ᾦγμαι. Aor. 1 ἐῴχθην pro ᾤχθην. perf. Med. ἔῳγα pro ᾦγα, ab οἴγω: cujus compoſitum eſt, ἀνοίγω. fut. 1. Med. eſt οἰγήσομαι, tanquam deſcendens ab οἰγέω.

Πήγνυμι, aut -ύω, *compingo*, fut. πήξω. Aor. 1. ἔπηξα. Aor. paſſ. ἐπήχθην. Aor. 2. ἐπάγην, παγῆναι, παγείς. perf. Med. πέπηγα. paſſ. præt. πέπηγμαι ab antiquo πήγω, vel πήσσω.

Πλήγνυμι, aut -ύω. *percutio*, *ferio*. fut. πλήξω. Aor. 1. ἔπληξα, ἐπλήχθην. Aor. 2. ἐπλάγην, præt. paſſ. πέπληγμαι ab antiquo πλήγω aut πλήσσω.

Ῥήγνυμι, aut ύω, *frango*, *rumpo*, Futur. ῥήξω Aor. 1. ἔρρηξα. Aor. 2. paſſ. ἐρράγην, ῥαγῆναι, ῥαγείς. præt. Med. ἔρρωγα, in compoſito διέρρωγα, *perruptus ſum*. Quemadmodum dicitur ἀρωγός, pro ἀρηγός, *auxiliator*.

2. ΚΩ: ut

Δείκνυμι, aut -ύω, *oſtendo*, fut. δείξω, δειχθήσομαι. Aor. 1. ἔδειξα, ἐδείχθην. perf. δέδειχα, δέδειγμαι, tamquam à δείκω. Hanc etiam formam ſequuntur compoſita.

3. ΣΣΩ: ut

Φράγνυμι (pro quo per metatheſin etiam dicitur φάργνυμι) aut φραγνύω. Fut. φράξω. Aor. 1. ἔφραξα, ἐφράχθην perf πέφραχα, πέφραγμαι. a φράσσω.

III.

Tertii Generis, quod futurum mutuatitium in ΝΩ terminat, eſt verbum.

Κτίννυμι, & κτιννύω, *occido*. A κτείνω enim habet Fut. 1. κτενῶ, *occidam*: κταθήσομαι, *occidar*. Aor. 1. ἔκτεινα, *occidi*: ἐκτάθην, *occiſus ſum*. perf. ἔκτονα, *occidi*. ἔκταμαι. *occiſus ſum*.

Digitized by Google

TERTIA TABULA,

Complectens Defectiva in Ω, quæ carent præſenti & imperfecto, rara & inuſitata litteris majuſculis, uſitata vero minuſculis repræſentans.

A.

ἈΓΑ'ΟΜΑΙ vel **ἈΓΑ'ΖΟΜΑΙ.** *Ἄγαμαι, admiror.*

ἌΓΩ. *Ἄγνυμι, ἀγνύω, frango.*

ἈΔΕΩ. *Ἥδω, delecto, & ἁνδάνω, placeo. ἀδήζω, & ἥσομαι, placebo.*

ἈΙΣΘΕ'ΟΜΑΙ. *Αἰσθάνομαι, ſentio.*

ἈΛΔΕ'Ω. *Ἀλδήσκω, creſco.*

ἈΛΙ'Ω. *Ἀλινδέω, volvo.*

ἉΛΟ'Ω & **ἋΛΩΜΙ.** *Ἁλίσκω, capio.*

ἈΛΦΑ'Ω. *Ἀλφαίνω & Ἀλφάνω, invenio.*

ἉΜΑΡΤΕ'Ω. *Ἁμαρτάνω, pecco.*

ἈΜΒΛΟ'Ω. *Ἀμβλίσκω, ἀμβλύσκω, ἀμβλώσκω. ἀμβλισκάνω, & ἀμβλυσκάνω, abortior.* Sylb. Rud. p. 199.

ἈΜΦΙΕ'Ω. *Ἀμφιέννυμι, ἀμφιεννύω & ἀμφίσκω, veſtio, tego, induo.*

ἈΝΑΛΟ'Ω rarum. *Ἀναλίσκω, dilapido, inſumo.*

ἈΡΕ'Ω. *Ἀρέσκω, placeo.*

ἈΥΞΕ'Ω. *Αὔξω, αὐξάνω, augeo, creſco.*

ἈΧΘΕ'ΟΜΑΙ. *Ἄχθομαι, dolore crucior.*

B.

ΒΑ'Ω. *Βαίνω,* & apud Poëtas *βιβάω, βίβημι, vado.*

ΒΙ'ΩΜΙ. *Βιόω, βιώσκω, vivo.*

ΒΛΑΣΤΕ'Ω. *Βλαστάνω, germino.*

ΒΛΕ'Ω. *Βάλλω, jacio.*

ΒΛΟ'Ω & **ΒΛΩ͂ΜΙ.** *Βλώσκω, vado*

ΒΟΥΛΕ'ΟΜΑΙ. *Βούλομαι, volo, vis.*

ΒΟ'Ω. *Βόσκω, alo, paſco.*

ΒΡΟ'Ω & **ΒΡΩ͂ΜΙ.** *Βρώσκω, βιβρώσκω, edo.*

Γ.

Γ.

ΓΑΜΩ. Γαμέω, *nubo.*

ΓΕΝΟΜΑΙ & ΓΕΝΕΟΜΑΙ. Γίγνομαι vel γίνομαι, *ſum, fio.*

ΓΗΡΗΜΙ. Γηράω & γηράσκω, *ſeneſco.*

ΓΝΟΩ. Γιγνώσκω vel γινώσκω, *noſco.*

Δ.

ΔΑΕΩ. Δαίω, *diſco, ſcio.*

ΔΑΖΟΜΑΙ. Δαίω, *divido.*

ΔΑΡΘΕΩ. Δαρθάνω, *cubitum eo, dormio.*

ΔΕΕΟΜΑΙ. Δέομαι, *egeo, precor.*

ΔΕΙΚΩ. Δεικνύω, & δείκνυμι, *oſtendo.*

ΔΗΚΩ. Δάκνω, *mordeo, lacero.*

ΔΙΔΑΧΩ. Διδάσκω, *doceo.*

ΔΜΕΩ. Δέμω, *ſtruo.*

ΔΟΚΩ. Δοκέω, *videor.*

ΔΟΩ. Δίδωμι, *do.*

ΔΡΑΜΕΩ & ΔΡΕΜΩ. Τρέχω, *curro.*

ΔΡΑΩ. Διδράσκω & δίδρημι, *fugio.*

ΔΥΝΑΟΜΑΙ. Δύναμαι, *poſſum.*

ΔΥΩ, & ΔΥΜΙ. Δύω, *ſubeo, διδύσκω, induo.*

Ε.

ΕΘΕΛΕΩ. Ἐθέλω, *volo, vis.*

ΕΙΔΕΩ & ΕΙΔΗΜΙ. Οἶδα, ἐπίσταμαι, *ſcio.*

ΕΙΡΩ. Ἀγορεύω, *loquor, dico.*

ΕΙΩ. Εἶμι, *eo.*

ΕΙΩ. Ἵημι, *mitto.*

ΕΛΑΩ. Ἐλαύνω, *ago, duco.*

ΕΛΕΥΘΩ. Ἔρχομαι, *venio.*

ΕΛΩ vel ΕΛΛΩ. Αἱρέω, *capio, eligo.*

ΕΝΕΓΚΩ, ΕΝΕΙΚΩ, ΕΝΕΧΩ. φέρω, *fero.*

ΕΝΙΣΠΕΩ. Ἐνίσπω. Poët. *dico, narro.*

ΕΟΜΑΙ. Ἧμαι, *ſedeo.*

ΕΠΩ. Ἀγορεύω, & ἔσπω Poët. *dico.*

ΕΡΕΟΜΑΙ. Ἔρομαι, *rogo, inquiro.*

ΕΡΕΩ. Ἀγορεύω, *dico.*

ΕΡΡΕΩ. Ἔρρω, *pereo.*

ΕΣΤΗΜΙ. Ἵσταμαι, *ſto.*

ΕΥΡΕΩ. Εὑρίσκω, *invenio.*

ΕΧΘΕΟΜΑΙ. Ἔχθομαι & ἐχθάνομαι, *peroſus ſum.*

ΕΨΕΩ. rarum. Ἕψω, *coquo.*

ΕΩ. { Εἶμι, *eo.* / Εἰμὶ, *ſum.* }

ΕΩ. { Ἕννυμι, ἐννύω, *induo.* / Ἵημι, *mitto.* / Ἥμαι, ἕζω & ἵζω à cuius loco, *ſedeo.* }

Ζ.

ΖΕΥΓΩ. Ζευγνύω & ζεύγνυμι, *jungo.*

ΖΟΩ. Ζωννύω & ζώννυμι, *cingo.*

Θ.

ΘΕΛΕΩ. Θέλω, *volo, vis.*

ΘΕΩ. Τίθημι, *pono.*

ΘΝΑΩ. Θνήσκω, *morior.*

ΘΟΡΕΩ. Θρώσκω, *ſalto, curro, cado.*

I. ΙΑΡΥ-

I.

ἸΔΡΥΩ. Ἱδρύνω, ſtabilio.
ἹΖΕΩ. Ἱζάνω, ſedeo.
ἸΘΥΩ. Ἰθύνω, erigo.
ἽΚΟΜΑΙ. Ἱκνέομαι, venio.
ἹΛΑΌΜΑΙ. Ἱλάσκομαι, in gratiam redeo.
ἽΣΧΗΜΙ. Ἴσχω & ἔχω, habeo, poſſideo.

K.

ΚΕΈΜΑΙ. Κεῖμαι, jaceo.
ΚΕΚΡΑΓΩ. Κράζω, clamo.
ΚΕΛΕΟΜΑΙ. Κέλομαι, jubeo.
ΚΕΡΔΑΕΩ. Κερδαίνω, lucror.
ΚΙΧΕΩ. Κιχάνω, invenio, occurro.
ΚΛΕΩ. Καλέω, & Poët. κικλήσκω, voco.
ΚΛΥΜΙ. Κλύω, audio, intelligo.
ΚΜΕΩ. Κάμνω, laboro, facio.
ΚΟΡΕΩ. Κορέννυμι & κορεννύω, ſaturo.
ΚΡΑΩ. Κεράω, κεραννύω, κεράννυμι, miſceo.
ΚΡΕΜΟΝΑΙ, rarum. Κρέμαμαι & κρίμναμαι, pendeo.

Λ.

ΛΑΒΕΩ, & prim. ΛΗΒΩ. Λαμβάνω, capio.
ΛΑΘΕΩ, & prim. ΛΗΘΩ. Λανθάνω, lateo, neſcio.
ΛΗΧΩ. Λαγχάνω, ſortior.

M.

ΜΑΘΕΩ. Μανθάνω, diſco.
ΜΑΧΕΟΜΑΙ. Μάχομαι, pugno.
ΜΕΛΕΟΜΑΙ. Μέλομαι, curam gero.
ΜΕΛΕΩ. Μέλω, curo.
ΜΗΘΩ. Μανθάνω, diſcò.
ΜΙΓΩ. Μιγνύω, μίγνυμι, μίσγω, miſceo.
ΜΝΑΩ. Μιμνήσκω, commonefacio.
ΜΟΡΓΩ. Μοργνύω, & μόργνυμι, tergo.

N.

ΝΕΜΕΩ. Νέμω, divido.

O.

ὈΖΕΩ. Ὄζω, oleo.
ὈΙΕΟΜΑΙ. Οἴομαι, & οἶμαι, puto.
ὈΙΧΕΟΜΑΙ. Οἴχομαι, abeo, diſcedo.
ὈΙΩ. Φέρω, fero.
ὈΛΙΣΘΕΩ. Ὀλισθαίνω, cado.
ὈΛΑΩ & ὈΛΕΩ. Ὀλέω & ὄλλυμι, perdo.
ὈΜΟΡΓΩ. Ὀμοργνύω & -υμι, tergo.
ὈΜΟΩ. Ὀμνύω & -υμι, juro.
ὈΝΑΩ. Ὀνίνημι, juvo.
ὈΠΤΟΜΑΙ. Ὀπτάνω, video, cognoſco.
ὈΡΩ. Ὀρνύω, Poët. concito.
ὈΣΦΡΑΟΜΑΙ, rar. Ὀσφραίνομαι, ſentio, oleo.
ὈΦΕΙΛΕΩ. Ὀφείλω, debeo.

ὈΦΛΕ-

Digitized by Google

ὈΦΛΕ'Ω. Ὀφλάνω & Ὀφλισκάνω, idem.

Π.

ΠΑΘΕ'Ω. Πάχω, patior.
ΠΑΡΔΕ'Ω. Πέρδω, pedo.
ΠΕ'ΠΤΩ. Πέσσω vel -πτω, conſumo, coquo.
ΠΕΤΑ'Ω, rarum. Πιτάννύω & -νυμι, extendo.
ΠΕ'ΤΩ. Πίπτω, cado.
ΠΕΥ'ΘΟΜΑΙ. Πυνθάνομαι, quæro, inquiro, audio.
ΠΗ'ΘΩ. Πάχω, πανθάνω, patior.
ΠΙ'Ω. Πίνω, bibo, & πιπίσκω, potum offero.
ΠΛΑ'Ω. Πιπλάω, πίπλημι, πλήθω, impleo.
ΠΛΟ'Ω & ΠΛΩ͂ΜΙ. Πλέω, navigo.
ΠΟ'Ω & ΠΩ͂ΜΙ. Πίνω, bibo.
ΠΡΑ'Ω. Πιπράσκω, vendo.
ΠΡΑ'Ω. Πιπράω, πίπρημι, & πρήθω, uro.
ΠΤΑ'ΟΜΑΙ. Ἵπταμαι, volo, as.
ΠΤΑ'ΡΝΟΜΑΙ, rarum. πτάρνυμαι, ſternuto.

Ρ.

ῬΕ'Ω, ab ἘΡΕ'Ω. ἀγορεύω, dico.
ῬΗ'ΓΩ. Ῥήσσω. ῥήγνυμι & ῥηγνύω, frango.
ῬΟ'Ω. Ῥωννύω & ῥώννυμι, corroboro.
ῬΥΕ'Ω & ῬΥ'ΗΜΙ. Ῥέω, fluo.

Σ.

ΣΒΕ'Ω & ΣΒΗ͂ΜΙ. Σβεννύω, exſtinguo.
ΣΚΛΑ'Ω & ΣΚΛΗ͂ΜΙ. Σκάλλω vel σκέλλω, areſacio.
ΣΟ'Ω. Σώζω, ſervo.
ΣΠΕΙ'ΔΩ. Σπένδω, libo.
ΣΤΑ'Ω. Ἱστάω, ἵστημι & ἱστάνω, ſtatuo.
ΣΤΕΡΕ'Ω. Στερίσκω, ſpolio.
ΣΤΟΡΕ'Ω. Στορεννύω & -νυμι, ſterno.
ΣΤΡΟ'Ω. Στρωννύω & -νυμι, idem.
ΣΥΝΙ'Ω, rarum. Συνίημι & συνιῶ, intelligo.
ΣΧΕ'Ω & ΣΧΗ͂ΜΙ. Ἴσχω & ἔχω, habeo, teneo.

Τ.

ΤΑ'Ω. Τιταίνω, tendo.
ΤΕ'ΘΝΗΜΙ. Θνήσκω, morior, τεθναίην, moriar, &c.
ΤΕ'ΚΩ. Τίκτω, pario.
ΤΕ'ΤΛΗΜΙ, ΤΛΑ'Ω. Ὑπομένω, tolero. τετλαίην, tolerem, τετλάναι, tolerare.
ΤΕ'ΥΧΩ. Τυγχάνω, ſum.
ΤΙ'Ω. Τίνω, τιννύω & -νυμι, luo.
ΤΛΑΩ. Ὑπομένω, tolero.
ΤΜΑ'Ω: & ΤΜΗ'ΓΩ rarum. Τέμνω, ſeco.
ΤΡΑ'Ω. Τιτραίνω, τετραίνω, τιτραίνω & τίτρημι, terebro.
ΤΡΟ'Ω & ΤΡΩ͂ΜΙ. Τιτρώσκω; lædo.
ΤΥΧΕ'Ω. Τυγχάνω & τεύχω, nanciſcor.

Υ.

ὙΠΟΣΧΕ'ΟΜΑΙ. Ὑπισχνοῦμαι, promitto.

Φ.

Φ.

ΦΑ'Ω. *Φάσκω & φημί, dico, cogito.*

ΦΗΓΩ & ΦΑ'ΓΩ. Ε'σθίω & *τρώγω, edo.*

ΦΘΑ'Ω & ΦΘΗ͂ΜΙ. *Φθάνω, prævenio.*

ΦΘΙ'Ω. *Φθίνω, corrumpo.*

ΦΡΕ'Ω & ΦΡΗ͂ΜΙ. *Φέρω, fero.*

ΦΥ͂ΜΙ. *Φύω, gigno, naſcor.*

ΦΩ'ΓΩ, & ΦΩ'ΖΩ, rarum. *Φωγνύω & -νυμι, uſtulo, torreo.*

Χ.

ΧΑΡΕ'Ω & ΧΑΙΡΕ'Ω. *Χαίρω, gaudeo.*

ΧΟ'Ω. rar. *Χωννύω & -νυμι, aggero, aggere, cingo.*

ΧΡΑ'Ω. *Κιχρέω, & -νυμι, utendum do.*

ΧΡΟ'Ω. *Χρωννύω & -νυμι, coloro.*

Ω.

Ω"ΘΩ. *Ω'θέω, impello.*

QVARTA TABVLA,

Continens verba in MI, quæ Præſenti & Imperfecto carent: ſed uſurpantur in Aoriſto ſecundo, cum derivatis ab eo Temporibus.

I.

De derivatis ab inusitato ΑΩ.

ΣΚΛΗ͂ΜΙ, inuſitatum in Imp. in Aor. 2. facit *ἔσκλην, exarui* Opt. *σκλαίην* Inf. *σκλῆναι.* Comp. *ἀπέσκλην, ἀποσκλαίην, ἀποσκλῆναι.* Sed Perf. *ἔσκληκα,* Inf. *ἐσκληκέναι,* & Part. *ἐσκληκώς,* deducuntur ab antiquo *σκλάω.* Nonnulli volunt *ἔσκλην* derivari ab Opt. verbi *σκέλλω* vel *σκλέλλω*; ſed errant, nam *σκέλλω,* ſignificat *arefacio* in activa ſignificatione; & *ἔσκλην, exarui.* in paſſ. Rectius itaque a *σκλῆμι* deducitur.

Inuſitatum ΦΘΗ͂ΜΙ facit *ἔφθην* in Aor. 2. *præveni.* Vide infr. Reg. IV. c. 3.

II.

Ab antiquo ΕΩ.

Aor. 2. *ἔσβην* & Inf. *σβῆναι, exſtinguere,* venia[...] gra[...]

quaſi a ΣΒΗ͂ΜΙ, ex σβέω. F. σβήσομαι.

III.
Ab ΟΩ.

Aor. 2. ἑάλων *captus ſum*, quaſi ab ἅλωμι. Vide infra Reg. III. c. 3.

Ἔγνων, *novi*. quaſi à γνῶμι.

Ἐβίων, *vixi*, quaſi a βίωμι ex βιόω.

Aor. 2. Ἔβλων, *ivit*, q. a βλῶμι.

Ἔβρων, *deglutivit*, q. a βρῶμι.

Ἔστρων, *[illegible]*, q. a στρῶμι.

Ἐπέπλων. Heſiod. *adnavigavit*, ἐπέπλων Etym. quaſi ab ἐπέπλωμι, ex ἐπὶ & πλόω, pro πλέω. Ἐξέπλωμεν, Apollon. *oram ſolvimus*. q. ab ἐκπλῶμι.

* Ut ζώω, ἱδρώω, Ionice: Sic & pro βλόω, βρόω, στρόω, &c. dici poſſet βλώω, βρώω, στρώω, &c. unde uſitata βλώσκω, βιβρώσκω, τιτρώσκω, & inuſitata βλῶμι, βρῶμι, στρῶμι, &c. Quoniam igitur ex [βρόω] βρώσω, oritur Aor: 1. ἔβρωσα: etiam per ſyncopen hinc formetur ἔβρωας, & poſtea ἔβρων. Etymologus ponit eodem modo ἐπέπλως pro ἐπέπλωσας. & Part: ἐπιπλὼς pro ἐπιπλώσας: ſicut Euſtathius κλὰς pro κλάσας: Sed formatio ex μι multo rectius procedit.

IV.
Ex ΥΩ.

Aor: 2. ἔδυν, *ſubii, occidi*, ἔδυς, ἔδυ &c. Inf: δῦναι. Part: δύς, δῦσα, δύν. Imp: δῦθι, δύτω q: a δῦμι. Sic compoſitum ὑπέδυν, ὑπόδυθι, ὑποδῦναι, ὑποδύς. Reliqua veniunt a δύω F: δύσω, ὑποδύσω.

Aor: 2. ἔφυν, *natus ſum*. Aor: 2. Inf: φῦναι. Part: φύς, q: a φῦμι. Fut: φύσω, a φύω.

Κλῦθι, *audi*, κλῦτε, *audite*, tantum in Imperat: uſurpatur q: a κλῦμι.

CAPUT SECUNDUM.

De Ratione Thematis Inveſtigandi univerſim.

I. *Quomodo auctorem Græcum evolvens, Thema rimaberis verbi Analogi?*

1. Ob oculos habebo conjugationem verborum τύπτω, & τίθημι, ac ſingulorum temporum terminationes exacte conſiderabo.

N 2. Dein-

Digitized by Google

2. Deinde memor, quomodo formentur tempora; ſenſim adſcendam, donec ſtatuendum ſit præſens. Ex. gr. Participium λεχθησόμενος, *dicendus*, inveniens deduco a Fut. 1. paſſ. λεχθήσομαι, *dicar*. Cum autem -χθήσομαι ſemper ex -ξω fiat: protinus video F. 1. activum fore λέξω. Igitur præſens erit λέγω, λέκω, λέχω, vel λέκτω. Sed adhibitum Lexicon commonſtrabit, λέγω, *dico*.

1. Quod ſi in Lexico fruſtra quæratur Thema: indicio ea res erit, eſſe præſens inuſitatū. Quamobrem recurrendum erit rudiori ad duas poſteriores tabellas primi capitis: paullo vero provectiori ad ſequentes Regulas, quando illas ad unguem tenebit.

2 Græci Grammatici diſtinguunt ἀρχὰς, & θέματα. Ἀρχὴ illis eſt nomen primitivum. Θέμα vero verbum, ſive tempus præſens. Vide Moſchopulum. Περὶ ἀρχῶν agetur infra lib. I. cap. VI.

2. *Ad Anomala autem inveſtiganda aliis inſuper opus erit adminiculis: quæ ergo heic prima Regula, eaque univerſalis?*

REGULA PRIMA.

1. Si tempora omnia formentur ab eodem verbo, Thema facile invenias, cognitâ ſyncope, epentheſi, antitheſi, aut ſimili figura. ex. gr. πέπρωται, *definitum, fato ſtatutum eſt*, (unde πεπρωμένη, *fatum*) pro πεπέραται, a περατόω[*] *definio*.

* Hoc autem a πέρας, -ατος, *finis*.

2. Si vero ab alio verbo nonnulla deducuntur, thema eſt vel Primitivum obſoletum, ut ἵξομαι, *veniam*, ἱκόμην, *veni*, ab [ἵκω], nunc ἱκάνω, *venio*: vel Derivatum obſoletum, ut αὐξήσω, *augebo*, ab [αὐξέω] nunc αὔξω, & αὐξάνω: vel denique conſtat congerie plurium

ver-

Digitized by Google

verborum, quorum nulla ferme inter ſe cognatio. De quibus infra cap. IV.

1. Ad ſecundum ordinem refer verba Circumflexa uſitata, quæ partim a ſe ipſis, partim a primitivis Barytonis, ſed antiquatis, tempora deducunt, ut:

Δοκέω, videor, F. δοκήσω; aor. 1. ἐδόκησα. Sed a [δόκω] venit F. 1. δόξω. aor. 1. ἔδοξα: part. δόξας, -αν. perf. δέδοχα. paſſ. δέδογμαι.

Ὠθέω, trudo, impello. F. ὠθήσω, apud Heſych. Sed ab [ὤθω] Fut. ὤσω. paſſ. ὠσθήσομαι. aor. 1. ἔωσα, pro ὦσα. paſſ. ἐώσθην. part. ἐωσθεὶς, pro ὠσθεὶς. ἐξωσθεὶς, *ejectus*. perf. paſſ. ἔωσμαι.

De γαμέω & [γάμω] judicare poteris ex p. 96.

2. Huc quoque pertinent Verba, quæ penultima vocali correpta ex F. 2. formant Circumflexa: unde uſitata quædam Tempora formantur. Ut

Λήβω, λαβῶ. λαβέω, ήσω, λελάβηκα, *cepi*.

Τεύχω, τυχῶ. τυχέω, ήσω, τετύχηκα, *nactus*.

Λήθω, λαθῶ. λαθέω, ήσω. λελάθηκα, *latui*.

Μήθω μαθῶ. μαθέω, μεμάθηκα. *didici*.

Πήθω, παθῶ. παθέω, πεπάθηκα. *paſſus ſum*.

Πέρδω, παρδῶ. παρδέω, παρδήσομαι ἀποπαρδήσομαι, *pedam*. Ariſtoph.

Χαίρω, *gaudeo*, facit χαρῶ: & χαρήσω, ήσομαι, κεχάρηκα a χαρέω.

Præſentia & Fut. pleraque cave uſurpes temere.

TERTIUM CAPUT.

peciatim agens de Derivatis, quæ tempora ſua formant ab Inuſitatis Primitivis.

REGULA II. De -δω, κω, ζω.

1. Σπένδω, *libo*, facit F. 1. σπείσω, a veri σπείδω.

2. Τίκτω, *pario*, a [τέκω] F. 1. τέξω. pr. med. τοκα.

3. Λίζω, *reſono*: κλάζω, *clango*: πλάζω, *re facio*, γ poſcunt ante ξω in F. ut λίγξω, γξω, πλάγξω. quaſi a λίγγω, &c.

EXEMPLA.

1. Ab antiquo σπείδω σπένδω derivatum eſt, ut σπέῤῥω, Æolice. ſero, a σπείρω, F: 1. Paſſ: σπεισθήσομαι. A: 1. ἐσπείσθην. P: act: ἔσπεικα. Paſſ: ἔσπεισμαι, libatus ſum.

2. Τίκτω a dictis temporibus format plura: Sed cognito futuro, quod expreſſimus, reliqua fiunt ultro obvia. Nempe A: 1. erit ἔτεξα. P: act: τέτεχα. Paſſ: τέτεγμαι. A: 2. ἔτεκον. Med: ἐτεκόμην.

3. Si κλάζω ab inuſitato κλάγγω facit F: κλάγξω: aor: 1. erit ἔκλαγξα. perf: act: κέκλαγχα. Sed aor: 2. ἔκλαγον, pr: med: κέκλαγα, -γώς, ſunt analoga. Et ſic in reliquis.

REGULA III. De -σκω.

1. ΣΚΩ & ΣΚΟΜΑΙ ſequuntur Ω purum; ut: εὑρίσκω; invenio, F. εὑρήσω, a priſco εὑρέω. Pr. act. εὕρηκα. paſſ. εὕρημαι. aor. 1. paſſ. εὑρέθην. aor. 2. act. εὗρον.

2. Γηράσκω, ſeneſco, & διδράσκω, fugio, F. γηράσω a [γηράω], διδράσω [διδράω] formant. Sed aor. 2. ἐγήραν & ἔδραν, ἀπέδραν, (fugi), pro ἔδρην; [f]ugerunt, pro ἔδρησαν) fiunt à veteri δρῆμι & γηρῆμι.

3. Ἁλίσκω, βρώσκω, βιώσκω, & γιγνώσκω ſequuntur έω, ut: ἁλώσω, capiam; βρώσω, edam; βιώσομαι, vivam; γνώσομαι, cognoſcam; quaſi ab [ἁλέω,] &c. Sed aoriſtus ab ωμι exit in ων, ut: ἑάλων pro ἥλων, cepi. ἔβρων, edi. ἔγνων, novi. [q. ab ἄλωμι, βρῶμι, γνῶμι].

1. ΑΣΚΩ facit ήσω & άσω ab άω: ΕΣΚΩ, ήσω ab έω: ΙΣΚΩ, ήσω ab ίω, ΗΣΚΩ, ίσω ab ίω, ; ΟΣΚΩ ώσω, ab όω: & ΥΣΚΩ, ab ύω.

b.

2. Ἡβάσκω, *juvenis fio*, ab ἡβάω, ἡβήσω.

Φάσκω, *loquor*, a [φάω] φήσω.

Ἱλάσκομαι, *in gratiam redeo*, ab [ἱλάω] ἱλάσομαι.

* Ἀρέσκω, *placeo*, ab [ἀρέω] ἀρέσω, ἤρεκα.

Εὑρίσκω habuisti.

Μολίσκω, *venio*, a μολέω, ήσω, ηκα.

Ῥυίσκω, *fluo*, a [ῥυέω] ήσω, ηκα.

Στερίσκω, *privo*, a [στερέω] ήσω, ηκα.

Τελίσκω, *finio*, a τελέω, ήσω, ηκα, potius έσω, εκα.

Ἀλδίσκω, *augeo*, ab ἀλδέω, ήσω, ηκα.

* Μιμνήσκω, *commonefacio*, μνάομαι, μνήσομαι, μνησθήσομαι, ἐμνήσθην, μέμνημαι, *memini*.

Πιπίσκω *do bibere*, à [πίω] in F. πίσω. A. 1. ἔπισα. inf. πίσαι. Part. πίσας.

Βόσκω, *alo*, a [βόω] βόσω βιβόσκω, per ε secundum Gazam. Dicitur etiam βοσκήσω a βοσκέω, unde βοτὸν, *alimentum*, βοσκήμα, pecus, &c.

Ἀμβλίσκω, *abortior*, ab ἀμβλόω, ἀμβλώσω.

Βιώσκω, *vivo*, a βιόω, βιώσω.

Βρώσκω, βιβρώσκω, *edo*, a [βρόω] βρώσω, & βιβρώσω.

Μεθύσκω, *inebrio*, a μεθύω, ύσω.

II. Γηράσκω vide etiam Tab. Coniug. 1. h. l.

Διδράσκω, *fugio*, præter διδράσω a [διδράω] etiam δράσω, facit etiam δράσω, a [δράω] A. 1. ἔδρησα.

Διδράσκω. Ariſtoteles Attice dicit διδραίη, *aufugeret*, in Opt. pro διδράσκοι quasi ab ἀποδράω Sed A. 2. ἔδραν, ας, α, & ἀπέδραν, *aufugi*, διέδραν, *evaſi*, pro ἔδρην, ἀπέδρην, διέδρην: & 3. Plur ἔδραν, ἀπέδραν, διέδραν, pro ἔδρησαν, ἀπέδρησαν, διέδρησαν. venit a δρῆμι. Opt. δραίην. Inf. δρᾶναι. Part. δράς.

III. Ἁλίσκω, *capio*, vel ἁλίσκομαι, *capior*, ſumit ab [ἁλόω] F. ἁλώσω & ἁλώσομαι. P. ἥλωκα, vel potius per reduplicationem ἑάλωκα. Paſſ. ἑάλωμαι, unde ἅλωσις, *captivitas*. ἁλωτὸς, *captivus*. Sed A. 2. ἥλων, ἑάλων, in omnibus perſonis ω retinet, hoc modo.

Sing. Ἑάλων, ως, ω.
Dual. ἑάλωτον, ώτην.
Plur. ἑαλώκαμεν, ωτε, ωσαν.

Subj. ἁλῶ, ἁλῷς, ἁλῷ. Opt. ἁλοίην & ἁλώην. inf. ἁλῶναι Part. ἁλοὺς, όντος, *captus*. Nam multa activa paſſive capiuntur.

Βράσκω, βιβράσκω, format ab antiquo βρόω βρώσω. & A. 2. ἔβρων ab antiquo βρῶμι. Raro invenitur Pr. in βίβρωθω, quaſi a βρώθω.

Βιώσκω, *vivo*, a βιόω ſumit F. βιώσομαι, P. βεβίωκα Paſſ βεβίωται, *victum eſt*. Part. βεβιωμένα, *quod in vita factum eſt*. Ἀβίωμι venit A. 2. ἐβίων. Opt. βιοίην vel βιῴην. Att. Imp. βιῶθι, βιώτω, Inf. act. βιῶναι. Part βιούς.

Γνώσκω, vel γιγνώσκω, *cognoſco*, ab antiquo γνόω (quod eſt ex νόω) F. 1. Medium formas γνώσομαι, Paſſ. γνωσθήσομαι P. Paſſ. ἔγνωσμαι. Ab obſoleto γνῶμι. fit A. 2. ἔγνων, *novi*, ἔγνωσαν, *noverunt*. Subj. γνῶ, γνῷς, γνῷ. Opt. γνοίην. Imp. γνῶθι, γνώτω. Inf. γνῶναι. Part. γνούς. Sic etiam ἀναγινώσκω, *lego*, cum reliquis compoſitis.

REGULA IV. De -άνω.

ΑΝΩ tempora format primo ab άω, έω, ut: ἁμαρτάνω, *pecco*, F. 1. ἁμαρτήσω a priſco ἁμαρτέω. Perf. ἡμάρτηκα. A. 2. ἥμαρτον. Secundo ab ω impuro, ut θηγάνω, *acuo*, F. 1. θήξω, a [θήγω]. Tertio Γ, Ν, Μ in antepenultima poſt α, ι, υ ſequentibus, primitiva habent η, ει, ευ, in penultimis, ut: λαγχάνω, *ſortior*. F. 1. λήξομαι, λάξομαι. F. 2. λαχῶ. P. act. εἴληχα. Att. pro λέληχα, a [λήχω].

4. Etſi φθάνω, φθάσω, *prævenio, am*, tempora ſumit a [φθάω]; ἔφθην tamen aor. 2. a [φθῆμι] venit.

1. Tempora Verborum in άνω veniunt a themate ΑΩ: Ut καθιστάνω, *ſtabilio*, format a καθιστάω. F. καταστήσω, P. καθέστακα. Sic etiam κλάνω, *frango, flecto*, κλάσω a κλάω: & πιμπλάνω, *impleo*, πλήσω a [πλάω]

Vel ab ΕΩ. ut,

Αὐξάνω, *augeo. creſco*, F. 1. αὐξήσω. A. 1. ηὔξησα. P. Paſſ. ηὔξημαι ab αὐξέω.

* Αἰσθάνομαι, *ſentio*, F. 1. αἰσθήσομαι, P. ἤσθημαι. A. 2. ᾐσθόμην, & in Inf. αἰσθέσθαι. Part. αἰσθόμενος: ab αἰσθέομαι. Sed ἤσθην ſine ι ſubſcripto venit ab ἥδομαι, *delector*.

Βλαστάνω, *germino*, F. βλαστήσω. A. 2. ἔβλαστον, a βλαστέω.

Δαρθάνω. *dormio*, δαρθήσομαι, δεδάρθηκα (unde καταδαρθηκώς, ſine augmento apud Platonem) A. 2. ἔδαρθον, δαρθεῖν, δαρθών, pro quo Poë. ἔδραθον, δραθεῖν, δραθών.

Ἐχθάνομαι, *peroſus ſum*, ἐχθήσομαι ab ἐχθέομαι.

Ἱζάνω; *ſido*. ἱζήσω ab ἱζέω & ἵσω ab ἵζω.

Κιχάνω, *invenio*, κιχήσω.

* Μανθάνω, *diſco*, μαθήσομαι, μεμάθηκα, ἔμαθον, a μαθέω.

* Ὀσφραίνομαι, *olfacio*. ὀσφρήσομαι ab ὀσφρέομαι. A. 2. Med. ὠσφρόμην, ὀσφρέσθαι, ὀσφρόμενος.

2. Alia formant Tempora ab impuro ω. unde ει tantum mutant in αίνω; ut

Ἱκαίνω vidimus Reg. 1. cap.

Ὀπταίνω, *video*. ὄψομαι, ὀφθήσομαι, ὤφθην ab inuſit[ato] ὄπτω.

* Nonnulla quoque con[...]unt antepenultimam quaſi a F. [...] Sic a πυνθάνομαι, *percunct[or]* F. 2. πυθοῦμαι a πεύθομαι. F. πεύσομαι. A. 2. ἐπυθόμην. S[...] P. Paſſ. πέπυσμαι pro πέ[...]

σμ[...]

σμαι ponitur: ut τέτυκται, pro τέτευκται, compoſitum eſt ἄφυκτος pro ἄφευκτος.

3. Sed alia ultimæ ſyllabæ F. 2. præponunt ν, γ, vel μ, prout ſequens conſonans poſtulat. Ut

Ἁνδάνω, *placeo*, ν ante δ in ἁδῶ interponit, & poſtea mutat ω in άνω. ἁδῶ derivatur ab ἥδω, *delector*. Hinc ἁνδάνω in F. 1. habet ἥσω. A. 1. ἧσα F. 2. ἁδῶ. ἁδήσω venit ab [ἁδέω] ſecundum 1. Regulam.

* Λαμβάνω, *capio*, format a λήβω. F. 1. λήψομαι. P. εἴληφα. A. 2. ἔλαβον. F. 2. λαβῶ.

* Λανθάνω, *lateo* (a λήθω) F. 1. λήσω. F. 2. λαθῶ A. 2. ἔλαθον. P. Med. λέληθα. Paſſ. λέλησμαι, Poët. λέλασμαι.

Πανθάνω, *patior* (a πήθω) ἔπαθον, &c. Vide infra πάσχω.

Χανδάνω, *capio*, χαδήσω: ceu a χαδέω. f. 2. χαδῶ a χάζω.

Sicut α ex η oritur in λανθάνω ex λήθω; & ſimilibus: ſic etiam ι ex ει, & υ ex ευ.

Λιμπάνω, *relinquo*, venit a λείπω, & format ab eo λείψω, λέλοιπα, ἔλιπον, &c.

4. * Τυγχάνω, *ſum*, *conſequor*, ex τεύχω, *fabricor*, *apparo*, F. 2. τυχῶ. A. 2. ἔτυχον. Ex τυχῶ formatur etiam aliud verbum [τυχέω] F. 1. τυχήσω, *conſequar*, τετύχηκα, *ſum conſecutus*. Cum ſignificat *eſſe*, nunquam dicitur τεύξομαι, ſed ἔσομαι, &c. *ero*: non τετύχηκα, ſed γέγονα, *fui*.

Ἐρυγγάνω, *eructo*. ἐρεύξομαι, ἤρυγον, ἐρυγῶ, ab ἐρεύγω.

4. ΦΘΑ'ΝΩ, *prævenio*, format a φθάσω. A. 1. ἔφθασα. P. ἔφθακα. Part. ἐφθακώς. Sed a [φθῆμι] venit A. 2. ἔφθην. Subj. φθῶ, φθῇς, φθῇ. Opt. φθαίην. Inf. φθῆναι. Part. φθάς. A. 2. M. ἐφθάμην, φθαίμην, φθάσθαι, φθάμενος.

REGULA V. De -αίνω.

ΑΙΝΩ 1. a ſe ipſo format omnia tempora, ut: θερμαίνω, *calefacio*, F. θερμανῶ. Vel 2. ab ω puro, ut ὀλισθαίνω, *cado*, F. ὀλισθήσω ab [ὀλισθέω]. Vel 3. utroque modo, ut: κερδαίνω, *lucror*, ex ſe facit F. κερδανῶ. Sed κερδήσω a [κερδέω].

EXEMPLA.

Verba in αίνω formant

1. Omnia tempora à ſe ipſis ſecundum generalem Regulam: ut

Δραίνω, *facio*, (pro δράω) F. 1. δρανῶ. Huc pertinent φαίνω, *luceo*: χαίνω, *hio*: τιταίνω, *tendo*: τετραίνω, *terebro*, derivata a [φάω, χάω, τεράω].

* Τετραίνω vel τιτραίνω in

F. 1.

F. 1. facit -ανῶ. A. 1. τέτρηνε apud Hom. pro ἐτέτρηνε. Inf. act. τετρῆναι apud Heſych. pro τετρῆναι, quod apud Theophr. eſt. Part. act. τετρήνας. Paſſ. τετρηνθείς.

2. Formant quoque tempora ſua ab aliis verbis in άω & έω : ut

Ἐριδαίνω, *litigo*, F. 1. ἐριδήσω ex F. 2. ἐριδῶ ab ἐρίζω.

Λυσσαίνω rabie efferor, λυσσήσω,
Οἰδαίνω, *tumeo*, οἰδήσω,
Ὀλισθαίνω. A. 1. ὠλίσθησα. A. 2. ὤλισθον.
Ὀσφραίνομαι, de quo Reg. IV.

ab

Λυσσάω.
Οἰδέω.
Ὀλισθέω
Ὀσφράομαι.

1. Quædam retinent formam ſuam in aliis Temporibus : & formant ſimul eadem ab aliis verbis, ut

F. Ἐρυθαίνω, *rubefacio*, ἐρυθανῶ. A. 1. Part. ἐρυθήνας, Att. pro ἐρυθάνας. Sed ἐρυθήσω, ἠρύθηκα, unde ἐρύθημα, *rubor*, ab ἐρυθέω.

REGULA VI. De -νω.

1. ΙΝΩ, ΥΝΩ, ΑΥΝΩ, ſequuntur ω purum: ut ἐλαύνω, *impello*, F. 1. ἐλάζω ab [ἐλάω] P. ἐλήλακα pro ἤλακα.

2. ΕΙΝΩ polyſyllabum, ΝΩ & ΝΕΟΜΑΙ præcurrente conſonâ, ω impurum. ut φαίνω, *luceo*. F. φανῶ a φαίνω. δάκνω, *mordeo*; F. δήξω a [δήκω]. ἱκνέομαι, ἧμαι, *venio*, F. 1. ἵξομαι, aor. 2. M. ἱκόμην ab [ἵκομαι].

EXEMPLA.

1. Deſinentia in ίνω & ύνω formant Tempora ſua ab ίω, ύω, quamquam inuſitatum ſit: ut

* *Τίνω*, *ſolvo*, *punio*, τίσω, ἔτισα, a τίω.

Φθίνω, *ſicco*, φθίσω, ἔφθισα, P. Paſſ. ἔφθιμαι.

Δύνω, *occido*, δύσω, δέδυκα a δύω. A. 2. ἔδυν [a δῦμι].

Ἱδρύνω, *colloco*, ἱδρύσω, ἵδρυσα, ab ἱδρύω.

Ἐλαύνω, format ab ἐλάω F. 1. ἐλάσω. F. 2. ἐλῶ. A. ἤλασα, vel ſine augmento ἔλασα.

ἐλάσαι. 3. Plur. ἠλάσασιν, & per abjectionem τοῦ α ἤλασιν, P. ἤλακα, Att. ἐλήλακα. Paſſ. ἤλαμαι vel ἤλασμαι. Ab ἤλαμαι venit A. 1. ἠλάθην: ab ἤλασμαι venit ἔλασμα, impetus.

2. Polyſyllaba in αινω tempora formant à themate ſuo: ut ἀλεείνω fugio, ἀλεύσω ab ἀλεύω. ἐρεείνω, rogo, ἐρήσομαι ab [ἐρέομαι] pro ἔρομαι. &c.

Sed diſſyllaba ſequuntur Regulam: ut θείνω, pulſo; κτείνω, occido; τείνω, tendo. F. θενῶ, κτενῶ, τενῶ. Ex quibus Anteſignanus duo vel tria excipit: nempe εἴνω, velo, veſtio, σίνω & σίνομαι, noceo.

3. Deſinentia in νω ſequuntur quoque ſimplicia: ut.

1. Δάκνω, e δήκω effingit. F. Paſſ. δηχθήσομαι. A. 1. ἐδήχθην. P. δέδηχα. Paſſ. δέδηγμαι. A. 2. ἔδακον.

Γίγνομαι ſequitur obſoletum γένω. Vide inf. cap. IV. Reg. 13.

Πίφνω, cado, apud Poët. ſequitur φίνω.

2. Ἱκνέομαι vel -οῦμαι, F. 1. parit compoſitum, ἀφικνοῦμαι venio, ἀφίξομαι, veniam, ἀφῖγμαι veni. ἀφῖκτο, veneras, legitur apud Plut.

REGULA VII.

De -νυω, & νυμι polyſyllabo.

1. α ante -ννυμι per duplex ν tempora ſumit a verbis in -αω: ε ante -ννυμι, ab -έω: ο & ω ante ννυμι, vel -μνυμι ab -οω. Ut

Κεραννύω, vel κεράννυμι, miſceo. F. κεράσω habet a κεράω.

Κορεννύω, vel -υμι, ſaturo, F. κορέσω, a [κορέω].

Ῥώννυμι, roboro, F. ῥώσω, a [ῥόω].

Ὀμνύω, vel -υμι, juro, F. ὀμόσω, ab [ὀμόω].

Adde ι ante νυμι ab έω: ut κίνυμι, moveo, F. κινήσω a κινέω.

2. In reliquis conſonans extra ſyncopen ante -νυμι eſt characteriſtica primitivi. ex. gr.

Ζευγνύω, vel -υμι, *jungo*, F. ζεύξω, &c. capit a [ζεύγω].

Δεικνύω, vel -υμι, *monſtro*, F. δείξω, &c. a [δείκω].

Κτιννύω, vel -υμι, *occido*, F. κτινῶ, a κτείνω.

Πτάρνυμαι, *ſternuto*, a πταίρω mutuatur aor. 2. ἔπταρον.

Sed ϛόρνυμι, per ſyncopen pro ϛορέννυμι, *ſterno* [ϛορέω] ſequitur, non ϛόρω.

1. Totum tibi Catalogum verborum primi ordinis exhibet Tab. 2. cap. 1. h. l. in ϛ. ΥΜΙ.

2. De ſecundo genere videas ib. Ceterum ἄχνυμαι, *doleo*, ut derivatur ab inuſitato ἄχω vel ἄχομαι: ita F. ἀχθέσομαι, ἐσομαι, caput a priſco ἀχθέομαι.

Ἄρνυμαι, *emo*, *emendo conſequor*, venit ab αἴρω, tollo. Sed

Θόρνυμαι, *ſalto*, a [θορέω].

3. Denique ἔρυμαι, *libero*, ponitur pro ἐρύομαι. F. ἐρύσομαι.

Ἵδρυμαι, *collocatus ſum*, eſt perf. quia ἱδρῦσθαι, & ἱδρυμένος non admittunt accentum præſentis. Thema eſt Poëticum ἱδρύω, in proſa ἱδρύνω, *colloco*. De verbis in υμι diſſyllabis conſule ſupra Tab. 3, & in primis 4. cap. 4

CAPUT QVARTVM.

De verbis, quorum tempora colliguntur ex diverſis Synonymis.

REG. VIII. De duobus Synonymis.

1. Αἱρέω, *capio*, ſumit aor. 1. Med. εἱλάμην, & ſecundum εἷλον, εἱλόμην ab [ἕλω].

2. Ἔρχομαι, *venio*, ab [ἐλεύθω]. Fut. 1. med. ἐλεύσομαι. Aor. 2. act. ἤλθον, ex Poëtico ἤλυθον.

Digitized by Google

θον. Imperat. ἐλθέ. Perf. M. ἐλήλυθα. Attice, pro ἤλυθα.

3. Ὀλλύω, ὄλλυμι, *perdo*, ab [ὀλέω]. ſumit F. 1. ὀλέσω. aor. ὤλεσα. perf. act. ὤλεκα, Att. ὀλώλεκα. F. 1. med. ὀλῦμαι; *peribo*. perf. m. ὄλωλα, *perii*, Att. pro ὦλα. aor. 2. ὠλέμην, ὀλέσθαι.

4. Πέσσω, -ττω, *coquo*, a πέπτω format f. 1. πέψω, πεφθήσομαι, &c.

5. Σεύω, *agito*, *concito*, f. 1. σεύσω. aor. 1. ἔσσευα, pro ἔσευσα, ex ſe format. Sed imperf. paſſ. ἐσύομην, aor. ἐσύθην, συθῆναι; perf. ἔσσυμαι pro σέσυμαι, a σύω.

Huc referas quoque ἀλινδέω, *voluto*, f. ἀλινδήσω: & ἀλίζω: unde apud Poll. aor. ἀλίσαι, & Ariſtoph. in Pluto ἐξαλίσαι, perf. ἐξήλικας. Sed cum Euſtath. variet in themate, ſtatuendo in Iliade ἀλίζω, in Odyſſ. ἀλίω: nolim temere præſens uſurpare. Sed κυλίω, ίσω, *volvo* (unde ἀλίω Euſt. derivat) ſatis frequens, ut & κυλίνδω, κυλινδέω, καλινδέω, f. -ήσω. Nam Baryt. κυλίνδω caret Fut.

REGULA IX.

De tribus Synonymis: quorum exempla prima in ἀγορεύω & βαίνω.

1. Ἀγορεύω, *dico*, *concionor*, format primo ex ſe f. ἀγορεύσω. aor. 1. ἠγόρευσα. Dein ab [ἔπω] aor. 1. εἶπα. part. εἴπας. aor. 2. εἶπον, ει ſervato in reliquis modis, εἰπὲ, εἴποιμι, εἴπω, εἰπεῖν, εἰπών. Tertio, ſi plura velis, a [ῥέω] deduces f. 1. ῥήσω, ῥηθήσομαι, aor. 1. paſſ. ἐῤῥέθην, ἐῤῥήθην, εἰρήθην. perf. εἴρηκα, εἴρημαι.

2. Βαίνω, *vado*, ex ſe gignit aor. 1. ἐβάνθην apud

apud Dion. Caſſ. dein f. 1. βήσω a [βάω]. perf. βέβηκα. part. βεβὼς, ῶτος, pro βεβαὼς, & hoc pro βεβηκώς. Denique aor. 2. ἔβην. imper. βῆθι a [βῆμι]: ſed ἀνάβαθι, per apocopen ἀνάβα, *adſcende*, habet α.

* Sic & κατάβαθι, κατάβα, *deſcende*. Aliquando tamen compoſita retinent η. Luci: ἔμβηθι δ' οὖν, *intra dum*.

REG. X. De ἔχω & ὑπισχνοῦμαι.

1. Ἔχω, *habeo*, fut. 1. facit ἕξω, ἕξομαι. aor. 1. ſubj. M. παρέξωμαι. Dein a [σχέω], f. σχήσω. p. ἔσχηκα, ἔσχημαι: unde σχῆμα, *figura*. aor. 2. act. ἔσχον: imp. σχὲ, *habe*: πάρασχε, *da*. med. σχοῦ, *habe*, *tene*: ἀπόσχου, *abſtine*. Tandem a [σχῆμι] aor. 2. imp. σχὲς, *habe*, ἐπίσχες, *exſpecta*. Perf. paſſ. ἔσχεμαι, -σαι, -ται. unde σχέσις, *habitus*.

2. Ὑπισχνέομαι, -οῦμαι, *promitto*, ex ſe format ὑπισχνούμην, *promittebam*. Deinde f. 1. ὑποσχήσομαι ab [ὑποσχοῦμαι]. Et præterea ὑποστήσομαι *promittam*, ab ὑφίσταμαι, *ſuſtineo*, *in me recipio*. Perf. paſſ. ὑπέσχημαι, *promiſi*. aor. 1. ὑπεσχέθην, *promiſſus ſum*. aor. 2. m. ὑπεσχόμην, ὑπόσχου, ὑποσχέσθαι. act. ὑπέστην, *promiſi*.

REG. XI. De ῥέω & τέμνω.

1. Ῥέω, *fluo*, ἔρρεον, *fluebam*. Dein ab Æolico ῬΕΥ͂Ω fut. commune; ῥεύσω. aor. 1. ἔρρευσα raro. part. ῥεύσας. Denique a [ῬΥΕ΄Ω. f. 1. act. ῥυήσω. m. ῥυήσομαι. pr. ἐρρύηκα. aor. 2. ἐρρύην, ῥυῆναι. niſi ſit a ῥύημι.

2. Τέμνω, *ſeco*, in aor. 2. ἔτεμον, & ἔταμον.

μον. Perf. vero τέτμηκα, τέτμημαι, venit a [ΤΜΑ΄Ω]. Fut. 1. τμήξω. aor. 2. ἔτμαγον, ἐτμάγην a ΤΜΗ΄ΓΩ: unde Hom. ἀποτμήγουσι.

REG. XII. De τρέχω & χέω.

1. ΤΡΕ΄ΧΩ, *curro*, facit F. θρέξω. m. θρέξομαι. Dein f. 2. m. δραμοῦμαι. aor. 2. ἔδραμον. pr. m. δέδρομα, a [ΔΡΕ΄ΜΩ]. Tertio δεδράμηκα, *cucurri*, a [ΔΡΑΜΕ΄Ω].

2. ΧΕ΄Ω, *fundo*, imp. ἔχεον, *fundebam*. fut. χέσω raro. aor. ſubj. χεῶ, ἐκχεῶ. aor. 1. paſſ. ἐχέθην. Dein a ΧΥ΄Ω, f. χύσω, χυθήσομαι. aor. 1. ἔχυσα, ἐχύθην. p. κέχυκα, -μαι. Tertio a ΧΕΥ΄Ω, f. 1. χεύσω, Poët. χεύω. aor. ἔχευα, & ἔχεα. imperat. χέον, ἔκχεον. inf. χέαι, ἐκχέαι.

REGULA XIII.

De quatuor Synonymis, & primo [γίνομαι.

ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ, γίγνομαι, *ſum*, *fio*, *naſcor*, primo facit ἐγινόμην, γίνου, &c. Dein ſumit aor. 1. m. ἐγεινάμην, unde Ionicum γείνατο pro ἐγείνατο in 3. ſing. A. 2. ἐγενόμην. pr. m. γέγονα a [ΓΕ΄ΝΟΜΑΙ]. Tertio fut. 1. m. γενήσομαι a [ΓΕΝΕ΄ΟΜΑΙ]. paſſ. γενηθήσομαι. aor. 1. m. ἐγενησάμην. paſſ. ἐγενήθην, perf. paſſ. γεγένημαι. Quarto autem γεγέννημαι fit a ΓΕΝΝΑ΄Ω, *genero*. unde a. 1. ἐγέννησα, m. ἐγεννησάμην, -ήσω; ἐγείνατο per ſyncopen ἐγέννω, ἐγέννατο, Ion. γέννω. 3. γέννατο.

REG.

REG. XIV. De θνήζκω.

1. Θνήσκω, *morior*, facit fut. 1. θνήξω, unde paullo poſt f. τεθνήξομαι.

2. Capit. fut. 2. m. θανοῦμαι. aor. 2. ἔθανον, a θείνω; *ferio*.

3. Fut. 1. θνήζω a [θνάω]. perf. τέθνηκα, & τέθναα, unde infin. τεθνᾶναι accentu circumflexo contrahitur ex τεθνάεναι. Pro τέθνηκα Bœoti dicunt τέθνεικα, in part. τεθνεικὼς, τεθνειὼς, & poſtea τεθνεὼς; poëtice τεθνηώς.

4. Τεθνᾶσι, *moriuntur*, venit a [τέθημι]; ut ἱστᾶσι ab ἵστημι. Imp. τέθναθι. Opt. τεθναίην. Inf. τεθνάναι accentu acuto. part. τεθνάς.

REG. XV. De πάσχω.

Primo πάσχω, *patior*, facit ἔπασχον, *patiebar*. Dio.

Secundo Fut. 1. πείζομαι [pro πήζομαι, a πήθω]. fut. 2. παθῶ, aor. 2. ἔπαθον, παθεῖν, παθών.

Tertio Perf. act. πεπάθηκα a [παθέω, ex f. 2. παθῶ].

Quarto Perf. Med. πέπονθα a πανθάνω ut λέλογχα a λαγχάνω, *ſortior*.

REG. XVI. De πίπτω.

Primo πίπτω, πίπτοιμι, *cado*, *dam*, &c. Secundo aor. 1. ἔπεζα, *cecidi*, venit a [πέτω]. Tertio F. 2. M. πεζοῦμαι. aor. 2. ἔπεζον,

πέζοιμι,

πίζομι, πιζεῖν, a [πιζέω], unde πίζημα, *lapſus*.

Quarto fut. 1. πλώζω. perf. πέπλωκα. part. πεπλωκὼς, per ſyncopen πεπλὼς, & rurſus per epentheſin πεπτνώς.

REGULA XVII.

De verbis, quæ tempora colligunt ex quinque ſynonymis: & primo de ἐσθίω.

Primo ἐσθίω, *edo*, ex ſe format ἤσθιον, &c. Secundo ex antiquo [ἔδω] præt. m. ἦδα, Att. ἐδηδα. fut. 2. ἔδομαι, ἐδοῦμαι. Luci. προκαταδεῖται. *ante edet*. Tertio ex [ἐδόω] Euſtathius facit Atticum perf. ἐδήδοκα, pro ἤδοκα. Quarto, ex [ἐδέω] fit perf. paſſ. ἐδήδεσμαι, pro ἤδεσμαι: unde ἔδεσμα, *cibus*. Quinto denique ex [φάγω] fut. 2. φάγομαι, -οῦμαι. & aor. 2. ἔφαγον.

REG. XVIII. De πίνω.

Primo πίνω, *bibo*, facit ἔπινον. Secundo [πίω] fut. 2. πιοῦμαι, & πίομαι. aor. 2. ἔπιον. Tertio [πόω] f. 1. πώσω. perf. act. πέπωκα. Quarto [πῖμι] imperat. πῖθι, *bibe*. Quinto vero [πῶμι] facit πῶθι, *bibe*. & perf. paſſ. πέπομαι per omicron, (unde πόμα, *potio*,) ut δέδομαι a δέδωκα. fut. 1. paſſ. ποθήσομαι. aor. ἐπόθην.

REGULA XIX.

De φέρω, quod tempora colligit e ſex ſynonymis.

Pri-

Primo φέρω, *porto*, *fero*, facit ἔφερον, *ferebam.*

Deinde [οἴω] f. 1. act. οἴσω. M. οἴσομαι. paſſ. οἰσθήσομαι. aor. 1. ᾤσθην. Infin. οἰσθῆναι.

Tertio [ἐνέγκω] aor. 1. act. ἤνεγκα. inf. ἐνέγκαι. part. ἐνέγκας. Med. ἠνεγκάμην. Luci. in Opt. ἐνέγκαιτο, *ut adipiſcatur.* Pro ἤνεγκα Iones uſurpant ἔνεικα, ab ἐνείκω.

Quarto [ἐνέχω] generat perf. m. Att. ἐνήνοχα. Aor. 1. paſſ. ἠνέχθην, ἐνεχθείς. f. 1. ἐνεχθήσομαι.

Quincto compoſita verbi φρέω (per ſyncopen ex φορέω, unde εἰσέφρουν, *inferebant*) gignunt fut. 1. εἰσφρήσω, ἐκφρήσω. aor. 1. εἰσέφρησα, ἐξέφρησα: unde part. aor. 1. paſſ. ἐκφρησθεὶς, *ejectus.*

Sexto denique ex [φρῆμι] fit imperat. φρὲς, *fer.* εἰσφρὲς, *infer:* ut θὲς a τίθημι.

CAPVT QVINTVM.

De anomalis, quæ Tempora ſua formant per Figuras.

REGULA XX. De variatione Augmenti.

1. Ἄγω, *duco*, a futuro ἄξω facit ἦχα, p reduplicationem ἄγηχα, & per epenthe ἀγήοχα, Bœotis ἀγείοχα. Aor. 2. ἦγον, & interpoſito ἤγαγον, ἠγαγόμην. ſubj. ἀγάγω. Op ἀγάγοιμι. inf. ἀγαγεῖν. part. ἀγαγών: pro q

He

Heſ. ἀγάγας ab [ἀγάγημι].

2. Ἀναλίσκω, *inſumo*, fut. 1. ἀναλώσω. perf. ἀνήλωκα, per metatheſin ἠνάλωκα, & per antitheſin ſine augmento ἀνάλωκα. itidemque aor. 1. ἀνήλωσα, ἠνάλωσα, & ἀνάλωσα, ab ἀναλόω; unde inf. ἀναλοῦν, *impendere*, apud Thucyd. & imp. ἀνάλουν, *inſumebant*, apud Ariſtoph.

3. Ἀνοίγω, *aperio*, aor. 1. ἤνοιξα, Atticè ἀνέῳξα pro ἄνῳξα. perf. act. ἀνέῳχα. paſſ. ἀνέῳγμαι. med. ἀνέῳγα & ἠνέῳγα, *aperui, apertus ſum*. aor. 1. paſſ. ἀνῴχθην, vel potius Att. ἀνεῴχθην & ἠνεῴχθην. aor. 2. paſſ. ἠνοίγη, *apertus eſt*. Sed f. 1. m. ἀνοιγήσομαι fit ab [ἀνοιγέω].

4. Ἀνώγω, *mando, jubeo*, aor. 1. ἤνωξα cum augmento. ſed imperf. ἀνώγων ſine augmento quaſi ab ἀνώγωμι: ut ἀνῶγουν, ab ἀνωγέω. Imp. ἄνωχθι, *jube*.

REG. XXI. De εἴδω.

1. Vetus εἴδω ex ſe reliquit f. 1. m. εἴσομαι, per ſyncopen ἴσομαι. Aor. εἰσάμην, ἐεισάμην. aor. 2. act. εἶδον, *novi*, poëtice ἴδον, *vidi*: id quod in reliquis perdurat, ἰδέ, *vide*. ἴδω, ἴδοιμι, ἰδεῖν. part. ἰδών. Perf. m. οἶδα, *novi*: οἶδας, & Æolicâ paragoge οἶδαϑα, *noviſti*.

2. Ab [εἰδέω] fit. f. 1. εἰδήσω. perf. εἴδηκα, per ſync. εἶδα, *novi*. pluſq. εἰδήκειν, εἴδειν, & antitheſi Attica ᾔδειν, *noveram*. pro cujus plurali ᾔδειμεν, ᾔδειτε, ᾔδεισαν dicitur ᾔσμεν, ᾖστε, ᾖσαν.

3. Ab [εἴδημι] fit Opt. εἰδείην, & infin. εἰδέναι, *noſſe*.

REG. XXII. De δείδω.

1. Δείδω, *timeo*, fut. 1. δείσω. Perf. act. δέδεικα. M. δέδεικα, pro δέδοιδα. in 1. pl. δεδοίκαμεν, per ſyncopen & antitheſin δέδοιγμεν.

2. A [δίω vel δείω] nonnulli formant Ionicum δέδια, *timui*. Inf. δεδιέναι. part. δεδιώς. Sed δέδιθι, vel poëtica epentheſi δείδιθι, *time*, deſcendit quaſi a [δέδιμι].

REG. XXIII. De δαίω.

1. Δαίω, *ſeco*, *uro*, fut. 1. δαίσω apud poëtas. m. δαίσομαι, & ejecto ι, δάσομαι. aor. 1. paſſ. ἐδάσθην, fut. δασθήσομαι. p. paſſ. δέδασμαι.

2. Sed δαίω, *doceo*, (poſtquam olim e fut. δαῶ fecit δαέω) inde formavit f. med. δαήσομαι. perf. p. δεδάημαι, *ſcio*, *edoctus ſum*. aor. 2. paſſ. ἐδάην. part. δαείς.

REGULA XXIV.

De καθαίρω, μείρω, ὀφείλω, & βάλλω.

1. Καθαίρω, *purgo*, aor. 1. ἐκάθηρα, καθῆραι, καθηράμενος, iota ſubſcripto per epentheſin, quamvis nullum ſit in f. καθαρῶ.

2. Μείρω, *divido*, f. 1. μερῶ. perf. paſſ. μέμαρμαι, Att. εἵμαρμαι. perf. m. ἔμμορα per metatheſin, pro μέμορα.

3. Ὀφείλω, *debeo*, ex [ὀφειλέω] facit f. 1. ὀφει-

ὀφειλήσω. P. ὠφείληκα. Unde per ſyncopen ὄφλω, ὀφλήσω, ὤφληκα. aor. 1. ὤφλησα. 2. ὤφελον, per ſync. ὦφλον. Sine augmento ὄφελον, ες, ε. *utinam debuiſſem*, vel ſimpliciter *utinam*.

4. Βάλλω, *jacio*, f. 2. βαλῶ. aor. 2. ἔβαλον. Sed a [βαλέω] f. 1. βαλήσω, apud Ariſtoph. Deinde ex [βλέω, pro βαλέω] venit perf. act. βέβληκα, paſſ. βέβλημαι. aor. 1. ἐβλήθην. part. βληθεὶς, per ſync. βλεὶς; niſi ſit a [βλῆμι], unde aor. 2. Opt. Med. βλεῖο, *perculſus eſſes*.

REG. XXV. De χρὴ & μέλει.

1. χρὴ *oportet*, (per apocopen pro χρῆσι a χρῆμι) facit ἐχρῆν & χρῆν, *oportebat*. Χρήσει, *oportebit*. χρῆναι, & χρῆν apud Eurip. *oportere*. τὸ χρεὼν, *quod oportet*.

Sic compoſitum ἀπόχρη, *ſufficit*. ἀπέχρη, *ſufficiebat*. ἀποχρήσει, *ſufficiet*. ἀπέχρησε, *ſufficit*. ἀποχρῆν, *ſufficere*, pro ἀποχρῆναι. Sed ἀποχρεῶν, *ſufficiens*, neceſſario eſt ab ἀποχρέω.

2. Μέλει, *curæ eſt*. μεταμέλει, *pœnitet*. F. 1. μελήσει, a [μελέω] *curæ erit*. μεταμελήσει, *pœnitebit*. Perf. m. μέμηλε, act. μεμέληκε, Poëtis μέμβλωκε, ejecto ε, interpoſito β, & η mutato in ω.

1. Μέμβλωκε vero pro μεμόληκε fit a μολέω, *venio*, *eo*. προμέμβλωκε, pro παραμέμβλωκε, *advenis*, *adeſt*, *commoratus eſt*, apud Poëtas.

2. Grammatici celebrant quoque primas perſonas, μέλω, *curo*, μέμηλα, *curavi*, &c.

CAPUT SEXTUM.

De ratione ἀρχῆς inveſtigandæ.

REGULA I. *De Patronymicis.*

1. Patronymica maſculina in ΙΔΗΣ veniunt à genitivo ſing. ſecundæ & tertiæ declinationis, ut Κρονίδης, *Saturni filius, Jupiter*, a Κρόνος, ου, *Saturnus*. ΑΔΗΣ vero ſine epentheſi à gen. primæ vel 2. declin. ὁ Ἡλιάδης, *Heliades*, *Solis filius*, a gen. Ἡλίου, *Solis*. ΔΗΣ ſemper eſt primæ declin.

1. Si ΑΔΗΣ ex epentheſi oriatur, fit à gen. 3. declin. nam Ἀμφιτρύων, *Amphitryo*, τοῦ Ἀμφιτρύωνος, mutato ος in ιδης fit Ἀμφιτρυωνίδης, & dein inſerto α Ἀμφιτρυωνιάδης, *Amphitryonis filius*, *Hercules*. Sed quando ΑΔΗΣ ex α naſcitur ſine epentheſi, ut Βορεάδης, *Boreades*, ἀπὸ τοῦ Βορέου, *Borea*, radix patronymici eſt G. primæ vel ſecundæ declin. Quæ quidem derivatio aliquando ι interponit, ut Λαερτιάδης [pro Λαερτιάδης] *Ulyſſes*, *Laërtæ filius*, a gen. Λαέρτου, in N. ὁ Λαέρτης, *Laërtes*.

2. ΔΗΣ Iōnes mutant in ων, ut Κρονίων, pro Κρονίδης. Πηλείων, pro Πηλείδης, *Pelides*, *Achilles*, a G. τοῦ Πηλέος intericeto ι, N. ὁ Πηλεὺς, *Peleus*, pater *Achillis*.

2. Feminina ΑΣ & ΙΣ orta ſunt ex αδης & ιδης, ut: Ἡλιὰς, *Solis filia*, a maſculino Ἡλιάδης. Πριαμὶς, *Priami filia*, a m. Πριαμίδης, *Priamides*. Sed ΙΝΗ venit a gen. ου: ΩΝΗ vero a g. in ο purum, vel à nom. ων. Duæ poſteriores terminationes ſunt primæ: duæ priores tertiæ decl.

Ἀδρηστίνη, *Adraſti filia, neptis*, venit a Gen. τοῦ Ἀδράστου, *Adraſti*, qui impurus eſt. Sed Ἀκρισιώνη, *Acriſii filia*, fit à gen. puro Ἀκρισίου, *Acriſii*. Ἠετιώνη, *Eëtionis filia*, a ὁ Ἠετίων, *Eëtion*.

REG. II. *De Gentilibus.*

1. Maſculina Gentilia in ΤΗΣ ab η & ος: ΟΣ purum ab η, ις, ιον & ων: ΕΥΣ ab ιον & εια:

ΙΝΟ

INOΣ ab ος & ιον, & HNOΣ ab ιν, η, α deſcendunt: ut Ἐκβατανηνὸς, *Ecbatanenus*, a prim. τὰ Ἐκβάτανα, *Ecbatana*, *rum*, *metropolis Media*.

F. Feminina in ΣΣΑ a σ vel ξ; Α, Η ab ος; ΑΣ & ΙΣ forma patronymica ab ευς & ος. ex. gr. Κρῆσσα, *Creſſa mulier*, a maſc. Κρῆς, *Cres*, *vir natus in Creta*.

1. Exempla maſculini ΤΗΣ ut ὁ Σπαρτιάτης, *Spartanus*, ab ἡ Σπάρτη. Ἠπειρώτης, *Epirota*, a N. ἡ Ἤπειρος, *Epirus*.

ΟΣ purum eſt Ἀθηναῖος, *Athenienſis*, a pr. Ἀθήνη, vel -αι. Βαβυλώνιος a βαβυλών. Αὐλίδιος, ὁ, ἀπὸ τῆς Αὐλίδος, N. Αὐλὶς, *urbs Bœotia*.

In -ΕΥΣ deſinit Ἀλεξανδρεὺς, *Alexandrinus*, ab ἡ Ἀλεξάνδρεια. Σουνιεὺς, à τὸ Σούνιον, *Sunium*, *Promontorium Atticum*. In ΙΝΟΣ Ῥηγῖνος, *Rheginus*, a Ῥήγιον, *Rhegium*, *urbs Italia*. ΗΝΟΣ, Νισιβηνὸς, *Niſibenus*, ab ἡ Νίσιβις, *qua eſt ad Tigrim*: Σωφηνηνὸς, ἡ Σωφάνη, quæ *regio Armenia*. Ἐκβατανηνὸς, vid. ſupra. *Ecbatana* aliis urbs Perſiæ.

2. ΕΑ habet ἡ Κίλισσα, *Ciliſſa*, cujus maſc. ὁ Κίλιξ, *vir natus in Cilicia*. Sed Ἀθηναΐς, *mulier Athenienſis*, ab ὁ Ἀθηναῖος.

Ἡ Σιγειὰς habet terminationem patronymicæ non abſimilem: Sed vera forma non eſt, quia venit ab ευς, ὁ Σιγειεὺς eſt *vir natus Sigei urbe proxima Troia*, Ἰταλὶς, *Itala*, fit è maſc. Ἰταλός, *Italus*. Βυζαντὶς, pro Βυζαντία, *orta Byzantio*, fit a m. Βυζάντιος.

3. Quædam & duplici forma efferuntur, ut Νισιβίτης & Νισιβηνός. Vide n. 1. Δήλιος & Δηλίτης, *Delius*, a prim. Δῆλος, *Delus inſula*. Quædam pluribus, ut ὁ Παλληνεὺς, Παλληναῖος, Παλλήνιος & Παλληνίτης, *Pallenenſis*, *natus in urbe Thracia*, vel *populo Attica*, cujus nomen ἡ Παλλήνη, *Pallene*.

4. Quædam hanc analogiam prorſus ſpernere videntur: ut Ὁ Τρὼς, *Tros*, dicitur, ſive *rex*, ſive *vir Troianus*. Sed ἡ Ὀδυσσεῦς, *civitas Hiberia*, *atque item incola*, ἡ Πεδιεῖς, *Caria urbs*, *& cives ejus*, cum legitur, videtur ſub articulo πόλις intelligi. Αἱ Πασαργάδαι, *civitas Perſia*, ſervat genus terminationis: at vero illud οἱ Πασαργάδαι, *cives urbis ejus*, eſt ellipſis, quia in articulo οἱ ſubauditur vox ἄνδρες, πολῖται.

REG. III. *De Poſſeſſivis*.

ΕΟΣ, ΙΟΣ, & ſæpius ΕΙΟΣ, ΚΟΣ; poſſeſſionem denotant: Ἑκτόρεος, *Hectoreus*, ab Ἕκτωρ, *Hector*.

Digitized by Google

ΙΟΣ habet πατρῶϊος pro πατρῷος, quo in proſa πατρῷος, *paternus*, ob ὁ πατὴρ, *pater*. ΕΙΟΣ, Ἀχίλλειος, *Achilleus*, ab ὁ Ἀχιλλεύς, *Achilles*. ΚΟΣ, Δηλιακὸς, *Deliacus*, a Δῆλος, *Delus*.

2. Quædam geminâ gaudent terminatione, ut ὁ βασίλειος, βασιλικὸς, *regius*, *regalis*, a βασιλεὺς, *rex*. Quædam quatuor, ut ὁ ἀνθρώπειος, ἀνθρωπικὸς, ἀνθρώπινος, & ἀνθρωπώδης, *humanus*, ab ἄνθρωπος.

REG. IV. *De iis, quæ augent.*

ΩΝ ab ος, *us*, *er* augent vim ſignificationis; item ΑΞ ab ος, quod eſt vituperantis, ut νέαξ, *qui captat juvenis vocari*, a νέος, *juvenis*.

1. In ΩΝ deſinit χείλων, *labro*, een dik-lip / a prim. τὸ χεῖλος, *labrum*. βλεφάρων, *ſilo*, *cui grande eſt ſupercilium*, a pr. βλέφαρον, *ſupercilium*. Πλάτων, *Plato*, *qui latos habuit humeros*, a πλατὺς, *latus*.

2. ΑΞ habet etiam λάβραξ, *lupus marinus*, a λάβρος, *vorax*. Στωΐαξ, *qui vult videri admodum ſeverus*, a Στωϊκὸς, *ſtoicus*. πλούταξ, *opulentus*, a πλοῦτος, *divitiæ*. Unde & Πλούτων, *Pluto*, *Deus inferni & opum*.

ΑΞ diminutivum paullo poſt vide.

REG. V. *De Diminutivis.*

1. ΑΞ, ΗΞ, ΙΣ, Ω pauciores habent ſyllabas primitivo, ut ὁ βωμολόξ, ex ὁ βωμολόχος, *ſcurra*. ὁ ἄστρις, *taxillus*, ex ὁ ἀστράγαλος, *talus*.

2. ΑΞ, ΙΓΞ, ΙΣ, numerum ſyllabarum æqualem habent prim. ut ὁ λίθαξ, *lapillus*, ab ὁ λίθος, *lapis*.

3. Maſculina ΟΣ, ΔΕΥΣ, ΙΩΝ plures habent ſyllabas: ut μειρακίσκος, *adoleſcentulus*, ab ὁ, ἡ μεῖραξ, *adoleſcentulus*, &

4. Talia & feminina ΙΛΛΑ, ΙΣ, ΚΝΗ, ΧΝΗ, ΣΚΗ. λανύλλα, *lanula*, ab ἡ λαῖνα, *lana*. αὐλητρὶς, ex ἡ αὐλήτρια, *tibicina*.

5. Neutra terminantur in ΑΙΟΝ, ΕΙΟΝ, ſæpius ΙΟΝ, ut γύναιον, *muliercula*, ab ἡ γυνὴ, *mulier*. ἀγγεῖον, *vaſculum*, a τὸ ἄγγος, *vas*. βιβλίον, *libellus*, ab ἡ βίβλος.

Magna eſt gratia & venuſtas diminutivorum, quæ Græcis ὑποκοριστικὰ, ab ὑποκορίζεσθαι, *verbis blandiri*: in quo non minimus illorum uſus.

1. Ideo eadem ratio appellativi & proprii. Ut enim ὁ σπήλαιξ, è σπήλαιον, *ſpelunca*,

κερου

κερδὼ, *vulpecula*, ex ἡ κερδαλῆ *vulpes*. Sic ἡ Σαπφὼ, *Sappho*, ex ἡ Σάπφειρα, *Sapphira*, ὁ Θωμᾶς. *Thomas*, ex ὁ θαυμάσιος, *mirabilis*. Ubi diminutio pauciores habet ſyllabas.

2. Ut θεραπαινὶς, *ancillula* ab ἡ θεράπαινα, *ancilla*; ἑταιρὶς, *meretricula*, ab ἑταίρα. ἡ φύσιγξ, *veſicula*, ab ἡ φῦσα, *veſica*, pari numero ſyllabarum: ita Θράσυλλος, *Thraſyllus*, ex ὁ Θρασυκλῆς, *Thraſycles*. &c.

3. Ut ὁ ναυτίλος, ex ὁ ναύτης, *nauta*; χιτωνίσκος ab ὁ χιτὼν, *tunica*; πυῤῥίχος, *ruſulus*, a πυῤῥὸς, *rufus*; κύλιχνος, *caliculus*, ab ἡ κύλιξ, *calix*, ἡ ἀτρακτυλὶς, -υλλὶς, *fuſulus*, *ſpina junco ſimilis*, ab ὁ ἄτρακτος *fuſus*, *colus*; δριμύλος, *acutulus*, a δριμὺς; λαγιδεὺς, *lepuſculus*, ex ὁ λαγὸς; & μωρίων, *ſtultulus*, a μωρὸς, ſuperant primitiva ſyllabis: ita & Ζωΐλος, *Zoïlus*, ex ὁ ζωὸς, *vivus*; Ἠετίων, *Eëtion*, ab ὁ ἀετὸς, *aquila*. Et ſic deinceps.

4. Feminina ἡ φυσαλὶς, *veſicula*, a φῦσα, *veſica*: μειρακίσκη, *adoleſcentula*: ἡ κυλίχνη, [illegible]*caliculus*, ab ἡ κύλιξ, *calix*: [illegible]σωλὶς, *parva rivalis*, ab [illegible]ρις, *rivalis*. Sic & ἡ ἀμαρυλλὶς, *Amaryllis*, ab ἡ ἀμάρα, *foſſa*, *meatus*. Πραξίλλα, *Praxilla*, a πρᾶξις, [illegible]tia. Adde Κορίννα, *Corinna*, a κόρη, *puella*, &c.

5. Neutra in ιον, altera ſyllaba creſcentia, habent in antepenultima α, η, ι, υ vel ω. ut τὸ τιθηνάκιον, *nutricula*, ab ἡ τιθήνη, *nutrix*. ἀδελφάσιον, *ſororcula*, ab ἀδελφή. γήδιον, *agellus*, ab ἡ γῆ, *terra*. τὸ πατρίδιον, *paterculus*, a πατήρ. τὸ Βοιωτίδιον, a Βοιωτὸς, *Boeotus*, Bacchi Epitheton. τὸ δαμαλίδιον, *juvencula*, ex ἡ δάμαλις, *juvenca*. τὸ βιβλύδριον. *libellus*, a βίβλος. βρεφύλλιον, *infantulus*. κερδύφιον, *lucellum*, a κέρδος, *lucrum*: Sed ξυλήφιον, inquit Sylb. & ξυλήφιον, *ligillum*, in MSS. a ξύλον, *lignum*. τὸ καλῴδιον, *funiculus*, ex ὁ κάλως, *funis*.

6. Quædam induunt tres vel plures formas, ut: ἀνθρώπιον ἀνθρωπάριον, ὁ ἀνθρωπίσκος, *homunculus*, ab ἄνθρωπος, *homo*. τὸ κόριον, κορίδιον. κορίσκιον, κοράσιον, *puellula*, ab ἡ κόρη.

7. E diminutivis nova procedunt diminutiva. Ut a πόλις fit πολίχνη, *oppidulum*, ſic ab illo πολίχνιον, *minutum oppidulum*. Ut ab εἷμα, *veſtis*, fit ἱμάτιον: ſic ab illo ἱματίδιον, & hinc rurſus ἱματιδάριον. Sic Latini dicunt *ciſta*, *ciſtula*, *ciſtella*, *ciſtellula*, apud Plaut.

8. Quædam habent finem, non vim diminutionis. Ut χρυσίον, ab ὁ χρυσὸς, *aurum*. ποίμνιον, a ποίμνη, *grex*, & ſimilia.

REG V. *De denominativis.*

1. ΑΝ & ΩΝ, ΗΣ, ΕΙΣ, ΟΣ, ΩΔΗΣ ex quovis nomine deſcendunt, ut ὁ ἐτὰν (unde vocativus ὦ 'τᾶν, *mi amice*) ab ὁ ἔτης, *ſocius*, *amicus*. οἰκέτης, *verna*, ab οἶκος, *domus*, &c.

2. EIA, OIA, IA, YNH, THΣ femininum è ſolis adjectivis: ut ἡ εὐσέβεια, *pietas*, ab εὐσεβὴς, *pius*, *a*.

3. Decem ſubſtantiva Feminina ex ſubſtantivis maſc. oriuntur. Nam TIΣ, TPIA, TPIΣ venit à maſc. της in primâ decl. ut ἡ προφῆτις, *prophetis*, ab ὁ προφήτης, *propheta*. A, H, IΣ ab ΟΣ 2. declin. ut ἡ θεὰ (Poëtice θέαινα) *Dea*, a θεός. EIA, EIPA, ΣΣA ex 3. declin. ut ἱέρεια, *ſacerdos femina*, ab ὁ ἱερεύς. Sed AINA fit ex omni declinatione, in primis tertia, ut ἡ λέαινα, *leana*, ab ὁ λέων, *leo*.

1. Ad primum ordinem referuntur ὁ χαρίεις, *gratioſus*, ab ἡ χάρις, *gratia*. σπουδαῖος, *ſtudioſus*, a σπουδὴ, *ſtudium*. παντοῖος, *omnigenus*, a τὸ πᾶν, *omne*. κάρπιμος, *fecundus*, a καρπὸς, *fructus*. ἀληθινὸς, *verax*, ab ἀληθὴς, *verus*, *a*. στωμύλος, *loquax*, a τὸ στόμα, o mutato in ω. ΩΔΗΣ facit ὁ, ἡ ταραχώδης, *turbulentus*, ab ἡ ταραχὴ, *tumultus*. ΩΝ habet ὁ ἀμπελὼν, *vinea*, ab ἡ ἄμπελος, *vitis*. ὁ οἰνὼν, *cellà vinaria*, ab ὁ οἶνος, *vinum*.

2. Finis OIA conſpicitur in ἡ εὔνοια, *benevolentia*, ab εὔνοος, εὔνους, *benivolus*, *a*. IA dat εὐτυχία, *felicitas*, ab ὁ, ἡ εὐτυχὴς, *felix*. YNH, δικαιοσύνη, *juſtitia*, a δίκαιος. THΣ femininum eſt κακότης, *malitia*, ab adjectivo κακὸς, *malus*.

3. Motio ſubſtantivorum non tantum TIΣ, ſed TPIΣ & TPIA facit à THΣ, in 1. declin. ut ἡ αὐλητρὶς, *tibicina*, ab ὁ αὐλητὴς, *tibicen*. ἡ ψάλτρια, *fidicina*, ab ὁ ψάλτης, *pſallere doctus*.

Ex ſecunda præter A proſiliunt H & IΣ ut ἡ δούλη, *ſerva*, a δοῦλος, *ſervus*, ἡ ἀμνὶς, *agna*, ab ὁ ἀμνὸς, *agnus*.

E tertia manat EIPA: ut ὁ σωτὴρ *ſervator*, ἡ σώτειρα *ſervatrix*; ὁ ὀλετὴρ, *interemtor*, ἡ ὀλέτειρα, *interemtrix*. Sic poëtica ὁ πρέσβυς, *ſenex*, ἡ πρέσβειρα, *vetula*; ὁ δοτὴρ, *dator*, ἡ δότειρα, *datrix*, niſi ſit a δότης. Sed ΣΣA frequentius multo: ut ὁ ἄναξ, *rex*, ἡ ἄνασσα, *regina*. ὁ φάψ, *palumbus*, ἡ φάσσα, φάττα, *palumba*. ὁ πένης, *pauper*, ἡ πένησσα, *pauper aliqua*. ὁ Λίβυς, *Libys*, ἡ Λίβυσσα, *Libyſſa*, *mulier ex Lybia*. ὁ Φοῖνιξ, *Phœnix*, ἡ Φοίνισσα, *phœniſſa*. Vide ſupra Gentilia.

AINA deſcendit è prima, ut ἡ ἰχθυοπώλαινα, *piſcium venditrix*, ab ὁ ἰχθυοπώλης, *piſcium venditor*. E ſecunda, ut ἡ λύκαινα, *lupa*, ab ὁ λύκος, *lupus*. ἡ μαγείραινα, *coqua*, ab ὁ μάγειρος, *coquus*. Sed Tertia hujus terminationis feraciſſima, ut ὁ τέκτων, *faber*, ἡ τέκταινα *fabricatrix* ὁ Λάκων, *Laco*, *Spartanus*, ἡ Λάκαινα, *Lacæna*. &c.

4. Quædam varie deſinunt, ut ὁ ἀμμόεις & ἀμμώδης, *arenoſus*, ab ἡ ἄμμος, *arena*. αὐλητρὶς & αὐλήτρια, *tibicina*. ἡ δεσπότις & δέσποινα, *domina*, ab ὁ δεσπότης, *dominus*. θεράπαινα, & θεραπαινίς, *famula*, ab ὁ θεράπων vel θέραψ, *famulus*. Atque id genus alia.

5. Ut Latini *denominativa* vocant, *lignor* a *lignum*, *frumentor* a *frumentum*, &c. Sic Græcis eodem jure dicantur verba è nominibus orta, ut δουλεύω, *ſervio* a δοῦλος, *ſervus*, &c.

REG.

REG. VII. *De verbalibus Activis.*

1. A præſenti Activo deſcendit ΕΙΑ, ΙΣ, non ΣΙΣ: ut ἡ δουλεία, *ſervitus*, a δουλεύω, *ſervio*; δύναμις, *potentia*, a δύναμαι, *poſſum*.

2. Ab Aor. 2. venit ΕΑ; ut ἡ ἰδέα, *idea, forma, cogitatio*, ab ἴδον, *vidi*.

3. Ab utroque autem tempore tres terminationes, Η, ΗΣ, & neutrum ΟΣ: ut ἡ λήθη, *oblivio*; à Poëtico λήθω, *lateo*: ἡ λάχη, *ſors*, ab aor. 2. λαχεῖν, *ſortitum eſſe*. ὁ, ἡ συνεχής, *continuus*, a συνέχω: ἐλλιπής, *defectus*, ab aor. 2. ἐλλιπεῖν, *defeciſſe*. τὸ γένος, *genus*, à priſco γένω; unde Lat. *geno*: τὸ πάθος, *paſſio*, ab aor. 2. παθεῖν.

REG. VIII. *De verbalibus mediis.*

Ο, ΟΙ, vel ſimilis character præteriti medii indicio eſt ab illo derivari nomina in Α, Η, ΟΣ, ΙΜΟΣ, ΕΥΣ, ΑΝΟΝ, Ξ, Ψ, abjecto augmento, ut ἡ φθορά, *corruptio*, ab ἔφθορα, *corrupi*, propter omicron in penultima. ἡ κουρά, *tonſio* (inſerto υ, pro κορά) à κέκορα, ex κείρω, *tondeo*. ἡ πληγή, *plaga, ictus*, a πέπληγα, *percuſſi*, quod à πλήττω. ἡ φυγή, *fuga*, à πέφυγα.

In ΟΣ deſinit ὁ λοιπὸς, *reliquus*, a λέλοιπα, ex λείπω; *relinquo*. ὁ τομὸς, *qui ſecat*. ὁ τόμος, *tomus, pars*, a τέτομα, ex τέμνω, *ſeco*. ΙΜΟΣ habet ὁ σπόριμος, *aptus ſationi*, ab ἔσπορα, *ſevi* à σπείρω, *ſero*: ΕΥΣ, vero ὁ σπορεὺς, *ſator*, ab eadem origine.

ΑΝΟΝ habet ξόανον, *ſtatua*, à ξέω, *ſculpo*: med. enim præt. habeat ἔξοα. πόπανον, *libum*, a [πέπανα] coquo. χόανον, χόανος, χοάνη, contracte χῶνος & χώνη, *infundibulum*, a χέω *fundo*.

Ξ vel Ψ habent ἡ φλὸξ, *flamma*, a φλέγω, *uro*. ἡ ῥὼξ, *fiſſura*, propter ω a pr. m. ἔῤῥωγα, ex ῥήσσω, *rumpo, findo*. ὁ παραβλὼψ, ſimili fere modo a [παραβέβλωπα] ex παραβλέπω, *obliquis oculis intueor*, ſed ο mutatur in ω.

REG. IX. *De verbalibus paſſivis.*

1. Terminatio mutatur, & augmentum abjicitur, ut in perf. medio. Excipe εἷμα, *indumentum*, ab εἷμαι, *indutus ſum*.

2. Derivata, in quibus manet characteriſtica Μ, deſcendunt à primâ ſingulari perfecti paſſivi: in quibus Σ, Ξ, Ψ, à ſecundâ: in quibus Τ, à tertiâ. ut πρᾶγμα, *negotium*, a πέπραγμαι, *egi*. πρᾶξις, *actio*, a πέπραξαι, *egiſti*. πρακτὸς, α, ον, *agendus, a, um*, a πέπρακται, *actus eſt, egit*. Poëticum ἐδητὺς, ἡ *eſus*, ab [ἔδηται ex ἐδέω] *edo*.

3. In medio A & H interdum in E, EY in Y mutatur: Σ, X, Θ adduntur vel tolluntur e medio. ut τὸ θρέμμα, pecus, *quod alitur*, a τέθρεμμαι, ex τρέφω *alo*. γένεσις, *generatio*, a γεγένησαι, ex [γενέομαι] χῶμα, *agger*, a κέχωσμαι, ex [χόω] δεσμὸς, *vinculum*, a δέδεμαι, ex δέω, *vincio*. ὁ σκαρθμὸς, *ſaltus*, ab ἐσκάρθμαι, ex σκαίρω, *ſalto*. αὐχμὸς, *ſqualor e ſiccitate*, ab αὔω, *ſicco*.

A præſentibus multa derivari planum fecit ſupra Tab. I. N. IV. 1, 2, 3, 4, &c. & a Fut. num. 7. ib. & ſæpe alibi.

A perfectis deſcendunt πεφρίκω, *horreo*, a πέφρικα, ex φρίττω. ἐρρίγω, *rigeo*, ab ῥιγέω. ἐγρηγορῶ, *vigilo*, a perf. m. ἐγρήγορα, ex ἐγείρω. κεκλήγω, *clango*, a κλάζω. Quæ carent Fut.

Sed κεκράγω. Fut. habet κεκράξω, aor. 1. ἐκέκραξα. Πεποιθέω, *confido*, a p. m. πέποιθα, habere Fut. arguit verbale πεποίθησις, *confidentia*. Hinc judica de aliis.

REG. X. *De ortis è Participio.*

Participialia, ut vulgus vocat, creſcunt ſyllabis. ut οὐσία, *eſſentia*, ab ὤν, οὖσα, ὄν. ἑκούσιος, *libens*, ab ἑκὼν, ἑκοῦσα, *volens*. ἀκούσιος, *invitus*, ab ἡ ἄκουσα, *invita*.

CAPUT SEPTIMUM.

De verbis junctis.

REG. I. *De tribus, quatuor ſimplicibus.*

Raro compoſita conſtant tribus, quatuor ſimplicibus. Dixit tamen Lycophron βουπλανόκτιστος, *conditus omine errantis bovis*, ex βοῦς, *bos*, πλανάομαι, *erro*, & κτίζω, *condo*. Eleganter junges quatuor, quinque particulas, ut ὁπωσδηποτοῦν, *quomodocumque*, ex ὅπως, δή, ποτέ & οὖν. καθαπερανεὶ, *ſicut*, ex κατά, ἅ, περ, ἄν, & εἰ.

REG. II. *De Compoſitione duorum Nominum.*

1. Duo caſus recti conjunguntur, Σ poſt ο, αυ, & ε in medio pereunte. ut Νεάπολις, *Neapolis*, ex νέος, *nova*, & πόλις,

πόλις, *urbs.* ναυμαχία, *navalis pugna*, ex ναῦς, *navis*, & μάχη, *pugna.* βούγλωσσον, *bugloſſa*, *herba*, ex βοῦς, *bos*, & γλῶσσα, *lingua.*

Θεὸς modo ſervat, modo perdit ε. ut θεοσεχθρία, Ariſtoph. *odium erga Deum.* θεόφιλος, *Deo amicus*, ex θεὸς, & φίλος. θείκελος, *Deo ſimilis*, ex θεὸς, & ἴκελος, *ſimilis*, perdit omicron.

2. Integer genitivus & Nomin. junguntur, ut νεώσοικος, *navale*, ex G. τῆ νεὼς, & N. ὁ οἶκος, *domus.* Vel in medio fit mutatio: ut ληϊστοκτόνος, *latronum interfector*, ex G. ληστοῦ, *latronis*, & [κτόνος]. ubi υ perit. κρεωνομία, *viſceratio*, perdit ε ex G. τοῦ κρέως, pro κρέως, & [νομία] *diſtributio.*

3. Nomin. & accuſativus, ut νουνεχὴς, *ſapiens*, ex acc. νοῦν, *mentem*, & ἔχειν, *habere.* ἀτάσθαλος, *injuſtus*, *damnum adferens*, ab acc. τὰς ἄτας, ab ἄτη, *damnum.*

4. Ablativus & Nom. ut χειρίσοφος, *manu plaudens*, ex τῇ χειρὶ, *manu*, & σοφὸς, *ſapiens.* ὀρείαυλος, *in monte degens.* ὀρίτροφος (pro ὀρείτροφος) *in monte nutritus*: ubi eſt Abl. Sing. Sed ὀρεσίτροφος fit ex abl. plur. q. d. ἐν τοῖς ὄρεσι τεθραμμένος. ναυσίτροφος, *in navibus educatus.*

1. Interdum omicron ſuccedit in locum alterius vocalis, ut ἡμερόκοιτος, pro ἡμερόκοιτος, *de die dormiens*, ex ἡμέρα, *dies*, & κοίτη, *lectus.* Interdum non ſuccedit, ſed mutatur in ε, η, ι, α, αι & οι. Poëtæ mutant in η. ut λαμπαδηφόρος, *lampadum geſtator*: Dores in ι, ut ἀνδριφόνος, *hominum trucidator.* πηλεσίμαλλος, *denſus lana*, inſerto σι, pro πηγίμαλλος, & hoc pro πηγόμαλλος. ὁδοιπόρος, *viator*, pro ὁδοπόρος. μεσαιπόλιος, *ſemicanus*, ex μέσος, ου, *medius*, & πολιὸς, *canus.* Κάλλος, & ἀρχὸς mutant ο in ι. ut Καλλίμαχος, *Callimachus*, & ἀρχιτέκτων, *architectus.*

2. Interdum fit contractio in primâ parte, ut Θουκυδίδης, *Thucydides*, ex Θεὸς, & κῦδος, *gloria.* Interdum in ſecunda, εὐνοῦχος, *Eunuchus*, pro εὐνόοχος. Sed ὁμοῦ & αὐτὸς non contrahuntur. ut ὁμοεθνὴς, *ejuſdem gentis*, non ὁμουθνής.

3. Γέα, (unde γῆ, *terra*) ſi eſt prima pars compoſiti, α mutat in ω, ut γεωμέτρης, *Geometra*; ſi ſecunda pars, ε in ει, ut μελαγγειος, *nigram habens terram.*

REG. III. *De compoſitione nominis & verbi.*

1. Si prima pars compoſitionis Ω mutet in O, fit ex præſenti & Fut. Indicativo, ut λειποτάκτης, *deſertor ordinum*, ex λείπω, *deſero*, & τάξις, *ordo.* μιξόθηρ, *ſemi-fera*, ex F. μίξω, *miſceo*, & θὴρ, *fera.*

2. Alioquin Infinitivus præſentis, aor. 2. & Futuri ſuum EIN mutat

mutat in E vel I rejecto N. ut φερένικος, *victor*, ex φέρειν, *ferre*, & νίκη *victoria*: δακέθυμος, *remordens animum*, ex aor. δακεῖν, *momordiſſe*, & θυμὸς, *animus*. Τερπικέραυνος, *fulmine gaudens*, ex τέρπω, & κεραυνὸς: λαθίφθογγος, *qui obliviſcitur vocem*, ex aor. λαθεῖν, & φθόγγος. Δεισιδαίμων, *ſuperſtitioſus*, ex δείδω, *formidaturum eſſe*. & δαίμων, *deus gentilis*: εὑρεσιεπὴς, *inventor novarum vocum, eloquens*, ubi F. εὑρήσειν, η mutat in ι.

3. Si verbum eſt poſtrema pars Compoſiti Futurum rejicit Ω. ut οἰκότριψ, *verna*, ex οἶκος, *domus*, & τρίψω, *teram*. καλλίτεξ, *quæ pulchros parit infantes*, ex κάλλος, *pulchritudo*, & τέξω, *pariam*.

Interdum fit in medio ſyncope, ut μιαιφόνος, *cruentus, homicida*, ex μιαίνω, *polluo*. & φόνος, *cædes*. Interdum N infinitivi tantum rejicitur, ut ταλαίπωρος, *miſer*, ex ταλάειν, ταλᾶν, *tolerare*, & πῶρος, *luctus*. interdum etiam ς interponitur, ut φερέσβιος, *victum efferens*.

R E G. IV. *De Compoſitione Numeralium.*

1. Numeralia vel nihil mutant in medio, πεντεσύριγγος, *habens quinque foramina*: Vel etiam A inſerunt, ut πεντέκλινον & πεντάκλινον, *quinque habens lectos*: ἑξέτης & ἑξαέτης, *ſexennis*; ὀκτώπους, ὀκτάπους, *octo pedum*; εἰκοσιστάδιος, & εἰκοσαστάδιος, *viginti ſtadiorum*.

2. Ἑκατὸν, *centum*, interponit T vel TA, ut ἑκατόνταρχος, *centurio*. ἑκατοντάχειρ, Æolice ἑκατόγχειρ, *centimanus*. Refer huc μυριόνταρχος, *præfectus decies mille militibus*, ex μύριοι, & ἀρχός.

3. Τριάκοντα, atque id genus alia juncta voce ἔτος Attico more αε contrahunt in ου. ut τριακονταέτης, τριακοντούτης, *triginta annorum*. τεσσαρακονταέτης, τεσσαρακοντούτης, *quadragenarius*.

Cetera docebit uſus. De Particularum derivatione, & Compoſitione vide cap. ſeq.

CAPUT OCTAVUM.

De particularum Compoſitione, & Derivatione.

R E G. I. *De vi Præpoſitionis ſeparabilis in Compoſitione.*

1. Sex præverbia vim ſignificationis augent & minuunt. ſcil. ἀνὰ, ἀπὸ, διὰ, κατὰ, πρὸς, ὑπὲρ. 2. Ὑπὸ ſolum minuit. 3. Quinque tantum augent, puta εἰς, ἐκ, περὶ, ξὺν, ὑπέρ. 4. Μετὰ habet vim

vim mutationis. 5. Duæ, tres præpoſitiones unâ junctæ cum verbo, vehementius vim ejus intendunt.

1. Augent, vel imminuunt

ἈΝΤΙ'. { *ἀντάξιος, contra dignus, præferendus.* *ἀντινομία, contrarietas legis.* }

ἈΠΟ'. { *ἀποτείνω, extendo.* *ἀπομανθάνω, dediſco.* }

ΚΑΤΑ' { *κατεσθίω, devoro.* *καταφρονέω, contemno.* }

ΠΑΡΑ'. { *παρεκβάλλω, longe projicio.* *παρανομία, transgreſſio legis.* }

ΠΡΟ'Σ. { *προσπιέζω, valde affligor.* *προσψαύω, leviter tango.* }

2. Ὑπὸ ſolum vim habet imminuendi, ut *δειδῶ, vereor, ὑποδειδῶ, ſubvereor.*

3. E contrario inveniuntur quinque quæ tantum augent, ut.

ΕἸΣ. *εἰσακούω, exaudio.*

ἘΞ *ἐξίσταμαι, ſum in ecſtaſi.*

ΠΕΡΙ'. *περιγενόμενος, pervenuſtus.*

ΣΥΝ. *συντελῶ, perficio.*

ὙΠΕ'Ρ. *μαίνομαι, inſanio, ὑπερμαίνομαι, valde ſum inſanus.*

4. META mutationem denotat, ut *μεταβουλεύειν, mutare conſilium μετανοεῖν, reſipiſcere, μεταγγίζειν, elutriare.*

5. Aliquando duæ vel tres propoſitiones junguntur, ut magis magiſq; vis verbi intendatur ut *ἵστημι, ſisto ἀνίστημι, levo, excito. ἐπανίστημι, concito, inſurgere facio contra aliquem.* Ab antiquo ἵημι pro εἶμι, eo, derivatur *ἐξίημι, exeo: προεξίημι, pergo longius: ἀντεπεξίημι, perſequor, contra aliquem excurro.*

Λαμβάνω, capio. καταλαμβάνω, comprehendo: προκαταλαμβάνω, intercipio, præoccupo ἀντιπροκαταλαμβάνω, præoccupo, ante prehendo tenaciter.

R E G. II. *De modo Compoſitionis.*

1. Ῥ᾽ᾶ geminatur in medio, ut *ἀποῤῥίπτω, abjicio*, non *ἀπορίπτω.*

2. Sequente vocali, ultima vocalis præpoſitionis tollitur, ut *ὑπακούω, obedio*, ex *ὑπὸ, ſub*, & *ἀκούω, audio.* Excipe *πρὸ* & *περὶ*, ut *προέβαλλον, πρoὔβαλλον, projiciebam*, a *προβάλλω. περιέχω complector*, non *περέχω.* Αμφὶ modo retinet, modo abjicit *ι*, ut *ἀμφιέννυμι, circumveſtio: ἀμφιδεξιστερὸν, utraque manu lævus*, ex *ἀμφὶ* & *ἀριστερός.*

3. Si verbum ſequens adſpiretur, præcedens tenuis præverbii migrat in adſpiratam, ut *ἀφαιρέομαι, auſero*, ex *ἀπὸ*, & *αἱρέομαι.* Confer cum hiſce ſup. pag. 12, 13.

4. N primo mutatur in M ante labiales vulgo dictas, puta β, μ, π, φ, ψ, quia quinque illæ ſunt litteræ ejuſdem organi ut *ἐμβάλλω, injicio*, ex *ἐν* & *βάλλω.* *ἔμψυχος, animatus*, ex *ἐν, in*, & *ψυχὴ, vita.* Secundo in Γ, ante γ, κ, χ, Hebræis כ, ק, ג, quæ linguam in ore ſuſpendunt, ut *ἐγκαλύπτω, velo, tego. συγχειμάζω, una hiemo.* Tertio in Λ, quando alterum λ ſequitur, quæ bina fimius premunt palatum oris, ut *ἐλλάμπω, intus illumino*, ab *ἐν* & *λάμπω.*

Quarto

Quarto ΣΥΝ ſuum N aliquando mutat in litteram ſequentem, ex gr. in σ vel ρ, ut συσσύρω, *undequaque traho*, ex σὺν & σύρω. συῤῥάπτω, *conſuo*, ex ξὺν & ῥάπτω. Aliquando N ante σ, ζ abjicitur, ut συστέλλω, *contraho*, ex σὺν & στέλλω. συζητέω, *conquæro*, *ſimul inquiro*.

5. ΑΝΑ', ΚΑΤΑ', ΠΑΡΑ' ſuum A ante conſonam nominis aut verbi in verſu abjiciunt: ut ἀνζυγόω, pro ἀναζυγόω, *in altum traho*. ἀνδόνακας, pro ἀνὰ δόνακας, *per arundines*. κάτθανε, *mortuus eſt*, pro κατέθανε vel κατέθανε. παρμένων, pro παραμένων, *aſſiſtens*, unde *Parmeno*.

1. Ἀνὰ & κατὰ commutant præterea ν & τ in conſonas ſequentes, ut: ἀλλύουσα pro ἀν vel ἀναλύουσα, *ſolvens*.

ἀμμέγα, pro ἀνὰ μέγα, *grande*.
κάββαλε, pro κατέβαλε, *proſtravit*.
κάππεσε, pro κατέπεσε, *cecidit*.
καῤῥέζουσα pro καταῤῥέζουσα, *manu mulcens*.

κακκορυφὴν pro κατὰ κορυφὴν, *ex vertice*.

καμμέσον pro κατὰ μέσον, *in medio*.

2. Tamen non ſemper mutantur in eandem conſonam: nam ante β, π, φ, quæ premunt labia, N æque fit μῦ, atque ante μῦ ſequens, ut

ἀμβαλλώμεθα pro ἀναβαλλώμεθα, *differamus*.
ἀμπεδίον, ἀνὰ πεδίον, *in campo*.
ἀμφόνον, ἀνὰ φόνον, *in cæde*.

3. T fit quoque π ante φ eodem fundamento, ut καπφάλαρα pro κατὰ φάλαρα, *per phaleras*. Sed κ ante χ: quia ambo in lingua natant, ut καγχεῦσαι, pro καταχεῦσαι *reſpergere*: ſicut etiam κ ante κ, ut fiat littera ejuſdem organi, h. e. palati, δ ante δ, quia duo δδ arctius collidunt dentes, ut καδδῦσαι, pro καταδῦσαι, *ſubmergere*. Et ſic deinceps.

REG. III. *De undecim Præp. Inſeparabilibus.*

1. Octo augent, videlicet ἀρι, ἐρι, βου, βρι, δα, ζα, λα, λι, ut ἀρίδηλος, *valde illuſtris*.
2. ΔΥΣ rapit omnia in pejorem partem, ut δυστυχέω, *ſum infelix*, ex δυς & τύχη, *fortuna*. Contra εὐτυχέω, *felix ſum*, ex adv. εὖ, *bene*, & τύχη.
3. NE privat, ut νήποδες, *carentes pedibus*.
4. NH ſæpius privat, ut νήνεμος, quaſi νεάνεμος, *expers venti*. Interdum νή auget. νήχυτος, *late fluens*.

1. Quinque ſemper augent ſignificationem ſimplicis: ut

ἈΡΙ. ἀρίπικρος, *valde amarus*, ex πικρὸς, *amarus* & ἄρω, ab ἄρω, *convenio*, *ſum aptus*.

ἘΡΙ. ἐρίβρομος, *magno clamore ſtridens*, ab ἐρί, ...

vel ἀμφὶ, de, ſuper.

BOY. βυλιμιάω, ſtomachus meus vehementer latrat. à βοῦς, bos, quod ſit magnus: ut ἱππογνώμων, ſuperbus, ab ἵππος, equus.

ΔΑ. δαφοινὸς, cruentus, à δασὺς, denſus.

ZA. ζάθεος, valde divinus, à ζέω, ferveo.

ΛΑ, λαχάνη, patina magna, pelvis, ex χαίνω hiſco: & λα, à λάω, video, cupio.

ΛΙ. λιάζω, vehementer moveo à λίαν, valdè.

ΒΡΙ. βριήπυος, quaſi dicas βριαρῶς ἠπύων, alte clamans.

REG. IV. *De A, duodecima præp. inſeparabili.*

A vim habet quadruplicem: primo privat, & dr. στερητικὸν; ab ἄτερ, *ſine.* ut ἀόρατος, *inviſibilis*, ex α & ὁρατὸς, *viſibilis.* ἄνανδρος, *effeminatus*, inſerto N euphoniæ cauſſa, ex α & ἀνήρ. Secundo auget, & dicitur ἐπιτατικὸν, ab ἄγαν, *valde, nimis*: ut ἀτενὴς, *intentus.* ἄξυλος, *plenus ligni.* Tertio notat collectionem, ab ἅμα, *ſimul*, & dr. ἀθροιστικὸν, ut ἀδελφὸς, *frater, eodem natus utero*, ex α & δελφὺς, -ύος, *uterus.* Poſtremo nihil mutat in ſenſu, ſed tantum auget numerum ſyllabarum. ut ἄσταχυς, pro στάχυς, *ſpica.*

REG. V. *De Origine Adverbiorum.*

1. Locum Ubi deſignant Adverbia in AI, EI, OI, OY, H, & imprimis ΣΙ, ΘΙ, derivata à nominibus in α, η, ος, ον.
2. UNDE ſignificat unum -ΘΕΝ.
3. QVO ſignificant -ΔΕ, -ΣΕ, -ΖΕ. & interdum Ω.

VBI.	VNDE.	QVO.
…αὶ, *humi.*	Χαμόθεν, *humo.*	Χαμᾶζε, *ad terram.*
…εῖ, *illic.*	Ἐκεῖθεν, *illinc.*	Ἐκεῖσε, *illuc.*
…οι, vel οἴκοθι, *domi*, ab οἶκος, *domus.*	Οἴκοθεν, *domo.*	Οἴκαδε in proſa. Οἰκόνδε, apud Poët. } *domum.*
…οῦ, *una*, ab ὁμὸς, *idem.*	Ὁμόθεν, *ex eodem loco.*	Ὁμόσε, *ad eundem locum.*
…χοῦ, πανταχῆ, & πάντοθι, *ubique.*	Πανταχόθεν, *undique.*	Πανταχόσε, *quoquoverſum.*
…, *ſupra.*	Ἄνωθεν, *ſuperne.*	Ἄνω, *ſurſum.*
…ω, *infra.*	Κάτωθεν, *inferne.*	Κάτω, *deorſum.*
…σι, *Athenis*, lo…co more, q. d. ἀθήναισι	Ἀθήνηθεν, *de Athenis.*	Ἀθήναζε, *Athenas*; *ad Athenas.*

Ὀλυμπίασι,

Ὀλυμπίασι, *Olympiæ*. Alii non ſubſcribunt Iota.	Ὀλυμπίαθεν, *ex Olympia*.	Ὀλυμπίαζε, *ad Olympiam*.
Μεγαρόθι, & Μεγαροῖ, *Megaris*.	Μεγαρόθεν, *ex Megaris*.	Μέγαράδε, *ad Megara*.
Sic à communi θύραι, *fores*,	θύραθεν, *foris*.	θύραζε, θύραζε, *foras*.
Ab ἀρχὴ, *initium*.	ἀρχῆθεν, *ab initio*.	
Γῆ, *terra*,	Γῆθεν, *è terra*.	

2. Terminatio ΩΣ deſcendit à Genitivo plurali, & ΔΟΝ à Nom. ut βαρέως, *graviter*, à G. τῶν βαρέων, ex βαρὺς, *gravis*. σοφῶς, *ſapienter*, a σοφῶν, Sing. σοφὸς, *ſapiens*. ὁμοθυμαδὸν, *uno animo*, ab ὁμόθυμος. κυνηδὸν, *canum more*, à κυνῶν.

3. ΔΗΝ, ΞΗΣ, ΣΤΙ, & quædam alia à verbis. ut ἁρπάγδην, *raptim*, ab ἁρπάζω, *rapio*. ἑξῆς, ἐφεξῆς, *ordine*, ab ἔχω, F. ἕξω. Ἑλληνιστὶ, *Græcè*, ab ἑλληνίζω, *Græcos imitor*, *Græce loquor*, &c. Ἠνὶ, *en*, *ecce*, ab imperat. ἴνιδε, *aſpice*.

4. Nonnulla verius verba ſunt & nomina, quam adverbia, ut ἄγε, ἄγετε, *age*, *agite*. φέρε, ἴθι, *age*, *macte*, ab ἄγω, φέρω, εἶμι. Ἰδοὺ, *ecce*, eſt naturâ ſuâ Imp. aor. 2. med. excepto quod Grammatici imperativum illum circumflectant. In Homiliis Chryſoſthomi aliorumque non tantum hæc, ſed alia ſingularia videbis uſurpari, cum plures alloquuntur.

Accuſativi quoque neutri, ſive ſing. ſive plurales, vocantur *adverbia reperta*. ut ὀξὺ, pro ὀξέως, *acute*. δεινὰ βλέπειν, *torvum* vel *torva tueri*, apud Poëtas, pro δεινῶς, revera eſt ellipſis, q. d. κατὰ δεινὰ πράγματα. Tales ſunt & Ablativi: ut κοινῇ, *communiter*, q. d. ἐν κοινῇ μοίρᾳ, *in communi ſorte*. ἰδίᾳ, *proprie*. δημοσίᾳ, *publice*, q. d. ἐν δημοσίᾳ χώρᾳ, *in publico loco*. Sic τῇ μὲν, τῇ δὲ, *cum*, *tum*: *partim*, *partim*.

De Adverbiorum comparatione vide ſupra p. 61, 62.

REG. VI. *De Conjunctionibus.*

Conjunctiones vel aliquid ſignificant, ſive ſimplices, ſive compoſitæ, ut καὶ, τε, ϗ, καίπερ, *quamvis*, & ſimiles: vel ornatus cauſa tantum adjunguntur aliis vocibus: ut πὲρ, γε, in oratione proſa; θην, θὴν, ῥα, νυ, & ſimiles in verſu. Varios ordines facile dabit ſignificatio, ſignificationem uſus & explicatio ſcriptorum.

FINIS LIBRI QUINTI.

Digitized by Google

LIBER SEXTVS.

De Syntaxi.

CAPUT PRIMUM.

De Adjectivo & Subſtantivo.

1. Participia loco verbi infiniti poſita eleganter apud verba perſeverandi, deſiſtendi, notitiæ, aut affectûs conveniunt cum ſuo ſubſtantivo: ut ἈΓΑΠΩ͂Ν *με διατέλει* (h. e. *σὺ ἀγαπῶν*, pro *ἀγαπᾷν*.) *amare me perſevéra.* Σύνοιδα ἐμαυτῷ σοφὸς ὤν, vel σοφῷ ὄντι, Plat. *Conſcius mihi ſum me eſſe ſapientem.*

2. Caſus omnes poſt *εἶναι*, ſimileſque infinitivos conveniunt cum antecedente. ΠΕΡΙΚΛΗ͂Σ ἔφησε μέχρι βωμοῦ ΦΙΛΟΣ εἶναι, Plut. *Pericles dixit ſe ad aram uſque amicum eſſe.* Sic & Relativum, cum uterq; caſus eſt obliquus, ut χρῶμαι ΒΙΒΛΙ´ΟΙΣ, Ο͂ΙΣ ἔχω, pro ἃ ἔχω, *utor libris, quos habeo.*

3. Articulus demonſtrationis, diſtinctionis, emphaſeos, aut periphraſeos cauſſâ additur nominibus, & quibuſdam particulis, in quovis genere, ut Σὺ εἶ Ὁ ΠΡΟΦΗ´ΤΗΣ; *num tu es ille propheta? ille excellens*, per émphaſin. ὁ, ἡ, τὸ χθὲς, *heſternus, a, um*, pro χθεζινός. Sed verſus in ſolo neutro ad exprimenda nomina, Gerunda & Supina Latinorum. ex. gr. Ἐκ ΤΟΥ͂ ὉΡΑ͂Ν γίνεται ΤῸ ἘΡΑ͂Ν, *ex adſpectu naſci-*

naſcitur amor; ubi τὸ ἐρᾷν, *amare*, eſt ὁ ἔρως, *amor*. Gerunda vero & Supina ſic vertes: οὐκ ἔστι καιρὸς τοῦ μάχεσθαι, *non eſt tempus pugnandi*. ἐν τῷ μάχεσθαι, *in pugnando*. ἔξειμι μάχεσθαι, τοῦ μάχεσθαι, ἕνεκα τοῦ μάχεσθαι, & πρὸς τὸ μάχεσθαι, *exeo ad pugnandum*, vel *pugnatum*. ἐπανέρχομαι ἀπὸ τοῦ μάχεσθαι, *redeo pugnatu* vel *à pugnando*. Αἰσχρὸν λέγειν, *turpe dictu*.

1. Ad primam ſectionem refer venuſtas periphraſes per ἔχω, εἰμὶ, τυγχάνω, &c. Soph. ἔχεις ταράξας, Belg. gy hebt beroert / pro ἐτάραξας, *turbaſti*. Chryſ. t. 7. τὴν φιλίαν τὴν ἄκλινῆ ΕΓΚΟΛΑΨΑΝΤΕΣ ἡμῶν ἘΧΟΜΕΝ τῷ συνειδότι, h. e. ἐνεκολάψαμεν. Soph. οὐ σιωπήσας ἔσῃ; *nonne eris tacens*, pro οὐ σιωπήσεις, *nonne tacebis*? Sic Ter. *Id ego tibi renuncio, ut ſis ſciens*.

Tertiis quoque ſingularibus ἐστὶ, ἦν elegantiſſime duo dativi apponuntur ad circumſcribendum verbum. Plato, εἰ σοὶ ἡδομένῳ ἐστὶ, *ſi tibi placet*, q. d. εἰ σὺ ἥδῃ Thucyd. Τῷ Νικίᾳ ἦν προσδεχομένῳ ταῦτα, pro ὁ Νικίας προσεδέχετο *Nicias hæc accipiebat*. Vide plura in Rud. Sylb. p. 312.

Καίπερ itidem & καίτοι, *etſi, quamvis*, verba mutant in participia. Epiſt 2. Petri: Διὸ οὐκ ἀμελήσω ὙΜΑ͂Σ ὑπομιμνήσκειν περὶ τούτων, ΚΑΙ'ΠΕΡ ΕἸΔΌΤΑΣ *Quapropter non negligam vos commonere de iſtis*, TAMETSI SCIATIS, Eraſmo interprete, pro καίπερ οἴδατε quod genus loquendi damnat Devarius de Particulis, at non reſugit S. Joannes Apoc. XVII. 8. καίπερ ἐστί. Conſtructio tamen illa frequentior in καίτοι.

2. Infinitivis, de quibus agitur Sect. 2. non tantum nominativi, dat. & acc. addun[tur] (quod imitantur nonnunquam Latini) ſed & Genitivi. Ariſt[...] Περὶ τοῦ μέλλοντος ὑγιάζ[εσθαι] *de eo, quod ſanum eſt futur[um]* Idem quoque caſus poſt partic[i]pium abſolutum apud Thuc[yd.] Φανεροῦ γενομένου αὐτοῦ κα[...]τος (quod Latino more dicend[um] eſſet αὐτὸν καταβῆναι) *Cum pal[am] factum eſſet ipſum deſcend[e]re*.

3. Sectione tertia dici[tur] quatuor ob cauſſas articul[um] addi cuivis generi. Primo d[e]monſtrationis ratio eſt in [...] δός μοι τὸ βιβλίον, *da m[ihi] hunc librum*. Secundo di[ſtin]ctionis in hoc, Αἴας ὁ Τ[ελα]μώνιος, *Ajax Telamonis*, [...] fuit alter Ajax, Oilei filius. [...] de Luc. XVIII, 10. Tertio [em]phaſios, cum dicis, τὸ ἀ[γα]θόν, *ſummum bonum*: [...]γαθὸν ſimpliciter eſt bo[num]. Quarto periphraſeos per ellip[ſin] ſubſtantivi. Οἱ περὶ Πλάτ[ωνα] *Plato ipſe, Platonici*, & Pl[ato] *cum ſuis*. h. e. οἱ ἄνδρες ὄντες [...]

ᾳ) Πλάτωνα. τὸ τῆς ἐλευθερίας (ſc. πρᾶγμα) negotium libertatis, pro ἡ ἐλευθερία, libertas.

Sed & quinta cauſſa exprimit articulum, ſi multitudo quædam, ut docet Proclus ad Remp. Platonis, una re ſingulariter notetur. Marc. III. 26. εἰ ὁ σατανᾶς ἔστη ἐφ' ἑαυτὸν καὶ μεμέρισται, ſi Diabolus (cœtus diabolorum) contra ſe ipſe inſurrexerit & diviſus fuerit. Unde [qui]dam veterum τὸ ἅγιον πνεῦμα [ex]poſuere τὰ ἅγια πνεύματα ἀγγέλων, ſtantium coram throno Dei, Apoc. 1.

Si diſcedas ab his cauſſis, interrogativa, indefinita, diſtributiva, & cardinalia reſpuent [arti]culum, quod genus τίς, [τι]ς, ἕκαστος, εἷς, δύο, [...]m Platonis illud, τὰ ποῖα πάντα λέγεις; quæ & quan[ta] prædicas? emphaſis eſt, & [ad]miratio excellentiæ.

[I]n aliis fere indiſcriminatim [ad]mittitur & ſupprimitur: quia flabellum Atticæ loquacitatis, ut Scaliger dixit. Chryſ. [...] ψυχῆς, ἀσέβεια, [...] animæ impietas. Ubi & [ἀσ]έβεια rectum: quia eſt [ab]ſtractum, cui articulum præ[mit]tit. Laërtius in hiſce, ὄργανον τὸ σῶμα, θεοῦ δὲ [ψυχή], corpus inſtrumentum [...] Dei vero anima. Si velis, inſtar omnium erit Rud. p. 298. 299. &c.

Cum τὸ pro vocabulo, [...]ponitur, ῥῆμα. μόριον, [...]mile quid reſpicitur. Ety[mol]ογ[...], ἀπὸ τοῦ θεός. h. e. [τὸ] ὀνόματος. Sed res & aliud ſubſtantivum ſup[pon]it: nam Sect. 3. τὸ ἱερὸν (pro ἡ ὀργή, affectus) τὸ ἱερόν (pro ὁ ἱερός) ſunt ellipſes, q. d. τὸ ἔργον ἱερόν, τὸ πρᾶγμα ἱερόν. Quo refero illa, quæ Latini vix poſſunt vertere ſine periphraſi, ut Matth. XIII. ἐν τῷ σπείρειν αὐτὸν, dum ille ſeminaret, q. d. ἐν τῇ σπορᾷ αὐτοῦ. Id. VI, 8. πρὸ τοῦ αἰτῆσαι ὑμᾶς αὐτὸν, priuſquam vos illum rogetis. Μετὰ τὸ αἰτῆσαι ὑμᾶς, poſtquam rogaveritis.

3. Latinorum conſtructiones cave ſtatim damnes. Rectum enim illud Xen. ἤκουε καλὸν κἀγαθὸν εἶναι (pro ὄντα) audiebat pulchrum ac bonum eſſe. Herod. Συνίεσαν ἐξηπατημένοι, intellexerunt ſe deceptos eſſe. Luci. Σοὶ συγχαίρομαι ἰδὼν νέον εἶναι, pro νέῳ. Chryſ. in Joann. p. 913. παρατίθεται αὐτὴν τῷ μαθητῇ, ὃν ἠγάπα, commendat matrem diſcipulo, quem diligebat. Ubi & ᾧ dixeris. Etiam S. Paulus relativum more Latino conſtruit Ep. ad Hebr. X, 1.

Ἔφησε φίλον εἶναι ſignificat, dixit te vel alium eſſe amicum. Contra ἔφησε φίλος εἶναι, dixit ſe ipſum eſſe amicum. Etſi ſanum quoque eſt ἔφησεν ἑαυτὸν εἶναι φίλον. Ælian. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Ἀλκμὰν ὁ ποιητὴς ἑαυτὸν πολυβορώτατον γεγονέναι.

5. Vernaculum muͤſſen / ſeu neceſſitatem Gerundi Latini duobus (vide Medull. Voſſ. p. 192.) Græci vero, ut ſemper luxuriant, tribus vel quatuor modis exprimunt per verbale in TEON, habens dativum perſonæ, & inſuper caſum verbi ſui, qui peribit, ſi revocetur ad regulam de Adjectivo & Subſtantivo.

Digitized by Google

1. Συνεκποτέον ἐςὶ σοι τὴν τρύγα. ⎫ *ſimul ebiben-*
2. Συνεκποτέα ἐςὶ σοι τὴν τρύγα, Ariſtoph. ⎬ *da tibi fæx*
3. Συνεκποτέα σοι ἡ τρύξ. ⎭ *eſt.*

4. Dativus perſonæ ob alium dativum ſequentem mutatur in acc. Iſocr. in Euag.

ὐ μὴν δουλευτέον τούς γε νοῦν ἔχοντας τοῖς οὕτω κακῶς ἔχουσι. Sana mente præditis non eſt ſerviendum tam prave ſentientibus. Sic & Andron. Rhod. in Ariſt. Eth. l. 9. c. 1. & 4. In prima conſtructione acc. *τρύγα* regitur ab intellecto *συνεκπίνειν*, ut *curandum eſt ulcera* apud Colum. pro *curare ulcera eſt curandum.* In ſecunda *συνεκποτέα* reſpicit *πόματα*, aut ſimile; & acc. *τρύγα* dependet à præverbio *περὶ* vel *διά*. In tertia eſt convenientia adject. & ſubſt. Quam partim ſimilis primæ propter e[llipſin] lipſin infinitivi: partim diſſimi[lis] ratione dativi, qui refertur ad ver[bale] bale *δουλευτέον*, cum accuſativ[o] *τούς γε νοῦν ἔχοντας*, conve[...] cum ſuppreſſo verbo *δουλεύειν*.

CAPUT SECUNDUM

De Nominativi & Verbi diſcordiâ.

Neutrum plurale gaudet verbo ſingulari: *τὰ ζῶα τρέχει*, pro *τρέχουσι*, *animalia currunt*

Ex nemine umquam mortalium mihi diſcere licuit rationem hujus ſtructuræ. Doctor Pariſ. p. 397. cauſſam ducere voluit à ſyllepſi, Græciſmum hunc comparans cum illo Virgiliano: *Turba ruunt.* Sed diſpar exemplum, quia de verbo quæritur ſingulari. Appoſitius illud (pace dixerim eruditarum tribuum) ex Eun. Terentiana, *Habeo alia multa, quæ nunc condonabitur:* quando in Plauti verbis, *condono* te *argentum*, TE non ſit accuſ. ſed antiquus dativus. At vero ſecundo illud addam, in neutro exemplo eſſe *σύλληψιν* vel *ζεῦξιν*, niſi quæ ſit vera ἰδιο[...] & *ὑπόνοια*.

1. Ego, niſi me fallunt [...] nia, trutinâ Philoſophicâ, [...] ad omnia acuit Philoſophia, [...] que primi vim Grammatic[...] ſpexerunt, Græcorum p[...] tem eſſe examinandam. S[...] cum numerus *πληθυντικὸς* [...] partîs vel ſpecies repræſe[...] eas in unum genus & [...] cogere verbum *ἑνικόν*. Ut [...] in toto partes mirifice co[...] unt: ita, quæ plura [...] rantur, pulchre conſ[...] in uno ſingulari verbo, concinna admodum, lepid[...]

juc[...]

Digitized by Google

ıcunda ad aures, præſertim Atticas, accidere debuerit hæc concordia diſcors. Etenim τὰ ζῶα τρέχει, tantumdem valet ac ſi dixeris: γένος ἐςὶ τρέχει, τὰ ζῶα τῶν γένους εἴδη: vel ζῶα ὡς πλῆθος ἓν τρέχει

Perſpicue, in quem olim in-idi, docet hoc & confirmat cus Laërtii in vita Platonis, am inquit: Τὰ δὲ τέτλαρα δράματα ἐκαλεῖτο Τετραλογία, Porro ntur Poëmata Quadriloquium dictum Viden' hic τέτλαρα δράματα eſſe quatuor partes? viden' tam illas unum integrum corus fieri in ſingulari Τετραλογίᾳ, cum quo tamquam vero nomina- concordet verbum ſingulare ...? Certe ut rectum eſt, ἐςὶ πρόβατα δόξης σου; ita m LXX. interpretibus Jer. III. 20. commode ſuppleveris, ἐςὶ τὸ ποίμνιον, πρόβατα ... σου: Ubi eſt grex, oves tua ria; Hinc factum, ut in e- periodo diverſos claſſici ptores numeros junxerint, do idem negotium ut unum dam totum, repente ut tiplex in partibus conſide-es Iob. X. τὰ πρόβατα τὰ ς μου ἀκούει, καὶ αὐτὰ ἀκο-ουσί μοι, ubi vox πρόβατα gregatim ſumitur, poſtea ... membra diſpeſcitur. ...amor amara dat, tibi ſatis agre ſit, h. e. propinat amara la, quod negotium ceu unum ex variis poculis collectum fit ægre. Simile eſt propter quod. Xenoph. ἐν Παιδ. ...ον τὰ κοινὰ μηχανήματα ...ημεῖ (hic vides verbum ſing.) ... γὰρ μᾶλλον καὶ ἐξαπατᾶν δύνανται τὰς πολεμίους: Nunc habes plurativum δύνανται, ita ut Græcum ſatis utrumque, τὰ ζῶα τρέχει, & τρέχουσι. Nam Joſephus p. 4. docens ζῶα πάντα, animalia univerſa ab Adamo ſuo eſſe inſignita nomine, οἷς ἔτι καλοῦνται, inquit, pro καλεῖται.

2. Sed iſta ſcribentis ſecundus animum ſubit explicandi modus. Antea verbum congruere generi, vel toti σύςημα & diximus, & probavimus: nunc quoque individuum, vel unam partem ex univerſo genere aut ſpecie intelligi poſſe contendemus. Quare ne putes ſolius neutri gen. cancellis ſe Græcos circumſcripſiſſe, maſculini exemplum Platonicum. Οὐκ ΕΣΤΙΝ, ΟἹ ΤΙΝΕΣ ἀπέχονται ξυμποσίων, ἢ Κρῆτες, *Nulli ſunt, qui pertinde abhorreant à ſympoſiis ac Cretes*, explicabimus ex illo Ælian. l. 1. Var. Hiſt. de Rege loquentis. Πάντες αὐτῷ Πέρσαι κατὰ τὴν ἑαυτῶν δύναμιν ἕκαστος προσκομίζει, *omnes illi Perſæ pro ſuis quiſque facultatibus munera offerunt.* Si ergo dices, ἐςὶν οἵτινες τρέχουσι, *ſunt qui currant*, pro εἰσὶν, valebit ἕκαστος vel εἷς ἔτι τῶν ἀνθρώπων, οἵτινες τρέχουσι. Pari ratione τὰ ζῶα τρέχει ex Æliano dixeris, τὰ ζῶα ἕκαστον τρέχει, *Omnia animalia, omnes illorum ſpecies currunt, quorum unumquodque currit.* Feminini exemplum Pindaricum, ἀχεῖται ὀμφαὶ μελέων, *reſonant voces modulorum*, ſimile illi, quod apud Ælianum l. 13. Ἦν δὲ ἄρα (pro ἦσαν) Ἀταλάντης ἐσθῆτες μὲν αἱ ἐκεῖ τῶν τεθραμμένων, τρο-

ιων, τροφὴ δὲ τὰ τέτων κρέα, Atalanta autem pelles ferina ſtrata & lectus erat, cibus vero beſtiarum carnes. Sicut enim poſterius membrum eſt τὰ κρέα τροφὴ ἦν, ita & prius erit αἱ δοραὶ μία κοίτη ἦν, καίπερ ὑπάρχουσαι εἰς πλείονας ςρωμναί.

3. Contra in hoc Maronis, *Turba ruunt*, non verbum, ſed nominativus ſing. repræſentat formam totius, cum τὸ *ruunt* ideam diverſarum partium, ſeu hominum mentis noſtræ ſub adſpectu ſubjiciat. Eſt enim ellipſis; q. d. *Homines, qui ſunt turba, ruunt.* Cujus ſubſtantivi maſculinum genus relucet in Salluſtiano, *Maxima pars vulnerati.* Dein Collectiva, ut vocant, *turba*, *populus*, λαὸς, ὄχλος, efflagitare per ſe verbum ſinguli numeri, atque interim quoque vim habere plurium, per ellipſin vocis *homines* vel ἄνθρωποι, doceant nos LXX. Exod. XVI, 4. Ἐξελεύσεται ὁ λαὸς, καὶ συλλέξουσι, *Exibit populus, & colligent.* Ubi vox λαός, *populus*, cum rationem induit τοῦ ὅλου, tanquam unus quidam coetus *exit*, cum è diverſo repente ſpectatur ceu diviſus in varios homines, *homines illi manna colligunt*, ἄνδρες οὗτοι οἱ πολλοὶ τὸ μάννα συλλέξουσι. De qua ſubita & admiranda mentis converſione ab una loquendi [...] cogitandi forma ad alteram iisdem [...] paullo ante in primo conſtructionis genere plura diximus.

4. Quod autem nonnulli arbitrati ſunt hoc Tullianum, *Seſtertium decies numeratum eſſe*, poni pro *numerata*, in eo lapſi ſunt non leviter homines doctiſſimi. Valet enim, *decies centies*, vel potius *millies ſeſtertium pondus argenti numeratum*. Videndus neceſſario Celeberr. Gronov. de Vetere Pecun.

CAPUT TERTIUM.

De caſu ante infinitivum.

Infinitivo interdum eleganter nominativus præponitur, ut apud Xen. Πρὸς τὸ ἀγαθοὶ φαίνεσθαι, *ut ſtrenui videantur.* Sæpe etiam accuſativus (Πρὸς τὸ ἀγαθοὺς φαίνεσθαι) in primis p[...] verba eventus, hortationis & ſimilia.

Οὐκ ἐνδέχεται προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω Ἱερουσαλὴμ.

Quod Latine rectius vertas per Ut [...]

Non contingit ut Propheta pereat extra Jeruſalem.

1. Πρὸς τὸ ἀμαθὲς φαίνεσθαι nemo damnaverit propter illud Laërtii. Ὀνόμασι δὲ κέχρηται ποικίλοις (ſc. Plato) πρὸς τὸ μὴ εὐσύνοπτον εἶναι τοῖς ἀμαθέσι τὴν πραγματείαν. Sed dignum admiratione nominativi ὑπόδειγμα à Pariſienſibus ex Luciano adfertur, apud quem Nymphæ ad Neptunum, Ἀλλὰ κἀκείνην σώζειν δεήσει χαριζόμενος τῷ Διονύσῳ (pro δεήσει σε σῶσαι χαριζόμενον) *Sed & illam, ſuo* puta, *ſervare te oportebit gratificantem Baccha.*

Cui exemplo facere non poſſum quin addam alterum Xenoph. 6. Παιδ. ubi cum apis Attica quarto caſu animum paviſſet aliquandiu, ut ſuavitatem varietatis redoleret oratio, ad alium ſe ferens floſculum conſidit in primo, Ὁ δ' Ἀσσύριος, inquit, ὁ Βαβυλῶνά τε ἔχων καὶ τὴν ἄλλην Ἀσσυρίαν ἐγὼ μὲν οἶμαι ἱππέας μὲν ἄξει οὐ μεῖον δισμυρίων. Pro, τὸν Ἀσσύριον ἄξειν οἶμαι. Non magis ovum ovo ſimile, quam huic loco jambi Græciſſantes apud Catull.

Phaſelus ille, quem videtis hoſpites,
Ait fuiſſe navium celerrimus.

2. Ex hoc canone diſces, cur ὥστε, & aliquando πρὶν, atque etiam verba jubendi & prohibendi, Infinitivo primum quartumque caſum indifferenter apponant. Vid. Heſiod. ἔργ. v. 706, 711, 715, 716, 722, 749. Accuſativi exemplum illud Iſocrateum. Πολλάκις γέγονεν, ὥστε τοὺς μείζω δύναμιν ἔχοντας, ὑπὸ τῶν ἀσθενεστέρων κρατηθῆναι. Nominativi hoc ejuſdem Oratoris in Euag. p. 394. ὥστε τῆς Ἀσίας ἁπάσης ἄξιος εἶναι τυραννεῖν, pro ἄξιον, & ſeq. pag. eodem modo. Xiphil. de Auguſto, ὥστε ῥωμαίοις ἀνὰ πέντε καὶ εἴκοσι δραχμὰς τελευτῶν καταλιπεῖν. Plato Epiſt. πάντα παθεῖν, *omnia pati*, πρὶν ἀνοσίων αὐτοῖς ἔργων γενέσθαι κοινωνός, *priuſquam ineſtorum ipſis operum aliquis fiat ſocius*. hoc eſt, πρὶν κοινωνὸς ἐνδέχεται γενέσθαι, illud enim verbum, & pluraliter & perſonaliter conſtruitur cum nominat. Ariſto. ἐνδέχονται αἱ ἀρχαὶ ἄλλως ἔχειν. *contingit ut principia aliter ſe habeant*. ubi alius dixerit, ἐνδέχεται τὰς ἀρχὰς ἄλλως ἔχειν, in qua conſtructione accuſativus cum verbo repræſentet vicem nominativi.

3. Idcirco, quotieſcumque infinitivus ponitur ſine verbo finito, neceſſe eſt illud ſubaudiri. Qui enim infinita & pendula vox ſtabilem & perfectam per ſe efficiat vel ſententiam vel ſtructuram, niſi baſin habeat, qua ſuſtentetur ac ſtabiliatur? Unde ratio prorſus à Steph. facit in Theſauri t. 1. p. 1207. ubi ſententiam Budæi condemnat his verbis: *Sed ego minime cum Budæo crediderim inſi ad hunc infinitivum immediate ferri, ſed ad verbum indicativi modi ſubauditum.* Uſus quoque idem confirmat; cum enim ex. gr. εἶθε præter ceteros

modos infinitivum ſibi adſciſcat, omiſſo indicativo vel Opt. videmus Heliodorum l. 2. expreſſiſſe verbum finitum, cum ait: εἴθε αὐτὸν παρεῖναι συνέβαινεν, *utinam ipſe adfuiſſet*, vel *contigiſſet ut adeſſet!* Cum alii Legiſlatores dicerent, μὴ ὀμόσαι ὅλως, *ne jurate omnino*: Chriſtus hanc ellipſin ſupplevit Matth. V, 36. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν μὴ ὀμόσαι ὅλως. Inſpice etiam loca, quæ ſupra laudavi ex Heſ.

Exemplo igitur Heliodori adductus, verbum eventûs ſubticeri credas poſt ὅσον, πρὶν, πρὶν ἢ, ἐπεὶ, ὥστε, ὡς, &c. Quod Gregor. dixit, ὅσον ἐμὲ γνώσκειν, perinde eſt atque illud, ὅσον ἐμὲ γνώσκειν ξυμβαίνει vel ἐνδέχεται, *quantum licuit me cognoſcere*, h. e. *quantum ego novi*. Itidem verba Matth. c. 1. πρὶν ἢ συνελθεῖν αὐτοὺς, *priusquam illi conveniſſent*, ſic ſuppleveris, Πρὶν ἢ συνέβη αὐτοὺς συνελθεῖν, q. d. *priusquam accidit illos convenire*.

Par ratio τοῦ ὡς apud Dem. ὡς δὲ ἀκοῦσαι τοὺς παρόντας, *ſimulac præſentes audiverant*. ὡς εἰπεῖν, quod Latini vertunt *ut ita dicam*, valet ὡς εἰπεῖν ἐνδέχεται, vel ut ipſe Ariſtoteles explicat, ὡς ἄξιον εἰπεῖν. l. 2. de Part. Anim.

4. Sicut Latini parcius uſurpant ſuum QUOD; ita Græci frequentius ſuum ὍΤΙ, ita tamẽ, ut frequentent etiam infin. cum acc. Ex. gr. hæc verba, *Exiſtimo te etiam procul abſentem amaturum eſſe*, pro quo Latinus interdum, *Exiſtimo, quod procul abſentem amabis*, homo Græcus duobus modis vertet, quorum uterque ſatis frequens Ἡγοῦμαι ὅτι καὶ μακρὰν ἀπόντα ἀγαπήσεις, Et, ἡγοῦμαι σε καὶ μακρὰν ἀπόντα ἀγαπήσειν. Poſteriorem quidem loquendi rationem ſcio repudiari ab H. Steph. *Dial. de bene inſtit. Gr. l. ſtud. p.* 102. Sed & illud ſcio, hanc σύνταξιν arriſiſſe veteribus, Iſocr. in Procem Euag Ἡγησάμην Εὐαγόραν . . . . εὐμενῶς μὲν ἀποδέχεσθαι καὶ ταῦτα, καὶ χαίρειν, *Euagoram exiſtimabam iſta benigne approbare, & libenter ſpectare iſtam fui curam*. pro ὅτι Εὐαγόρας ἀπεδέχετο ταῦτα καὶ ἔχαιρε. Id. paulo poſt: Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ τοὺς ἀπὸ Διὸς ἡμιθέους εὐγενεστάτους τῶν ἡμιθέων εἶναι. Xen. β. Παιδ. οὐκ ἔλιπε νομίζεις Περσῶν εἶναι. & l. 8 ἔδοξε τοὺς ὁμοτίμους ἀεὶ παρεῖναι ἐπὶ θύρας. Rom. II, 3. 19. 20. III. 28. VI. 11. Quin ſexcenta iſtiusmodi apud ſcriptores occurrunt.

CAPUT QUARTUM.

De caſu Præpoſitionum.

1. Quatuor præpoſitiones ἐκ vel ἐξ, ἀντὶ, πρὸ, ἀπὸ regunt ſolum genitivum; ἀπὸ θεοῦ, *à Deo*: item adver-

adverbia multa habentia vim præpoſitionum, ut ἕνεκα vel ἕνεκεν δικαιοσύνης, *propter juſtitiam.*

2. Duæ ſolum accuſativum, εἰς, ἀνά. εἰς οὖς λέγειν, *in aurem dicere.*

3. Duæ ablativum, ἐν & σύν. Κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία, *lucrum in malis ignorantia.*

4. Quatuor vero duos caſus, diverſo fere ſenſu, genitivum puta & acc. ut διὰ, κατὰ, μετὰ, ὑπέρ. G. Ὗς διὰ ῥόδων, *Sus per roſas.* Acc. Διά σε ταῦτα γράφω, *propter te hæc ſcribo.*

5. Poſtremo ſex habent tres caſus, genitivum, acc. & abl. ut ἀμφὶ, περὶ, ἐπί. πρός, παρὰ, ὑπό. G. περὶ τοῦ κάλλους ἤριζον, *de pulchritudine certabant.* Acc. περὶ τὸ ὄρος, *circum, circa montem.* ABL. περὶ τῇ χειρὶ χρυσοῦν δακτύλιον φέρειν, Plato. *manu*, vel *in manu aureum annulum geſtare.*

6. Quæſtio de locis UBI, UNDE, QUO plerumque exprimitur præpoſitione. ex. gr. ἐν Ῥώμῃ, *Romæ.* εἰς Ῥώμην, *Romam.* ἐκ Ῥώμης, *Româ.*

1. Nunc de præpoſitionibus agere neceſſe habemus, partim quia de ſola illarum compoſitione explicavimus in Analogia; partim quia in hiſce præceptiunculis fundamentum ſequentium ſermonum, & ſcaturigo omnis fere Græcæ venuſtatis. Nec tamen animo ſedet omnes harum particularum ſignificationes exemplis explicare (hoc enim eſſet opus Exegetices) ſed eas, quæ diverſitatem arguunt ſtructuræ. Qui plura deſiderat, legat vel Sylburgii Syntaxin, vel Idiotiſmos Vigerii.

2. Ad ſextam paragraphum notabis, quod plures monuëre, Thucydiden in Quæſtione VBI neglexiſſe præpoſitionem, *Μαραθῶνι* dicentem pro ἐν *Μαραθῶνι, Marathone, in vico prope Athenas.* Poëtas quoque Græcos arbitratu ſuo vel addere vel

detrahere frequenter præpoſit. nemo neſcit: quos imitari Latinos in proſa videbis apud Voſſ. L. de Conſtr. Scioppium, & alios.

De Adverbiis UBI, UNDE, QUO vide ſupra p. 223, 224. Θήβηζι, *in urbe Thebis*, eſt verus abl. Ionicus, quaſi dicas ἐν Θήβαιζι: qui tamen Atticis aliiſque adhibitus, perinde ac ſi foret adverbium. Vide ſis Etymol. in illa voce. Sed Θήβηθεν, *a Thebis*, videtur verum adverbium, & Θήβαζε, *Thebas*, factum ex accuſ. Θήβαζδε pro εἰς Θήβας: ſicut οἴκονδε ponitur pro εἰς οἶκον.

TABULA PRIMA.

Complectens Genitivos præverbiorum.

1. Quatuor præpoſitiones conſequitur Genitivus.

ἘΚ, *ex, præ*. Ἐξ ἀργυρίου ποτήριον, *ex argento poculum*. Ἐμασσῶντο τὰς γλώσσας αὐτῶν ἐκ τοῦ πόνου, *commanducaverunt linguas ſuas præ dolore*, in Apocal.

ἈΝΤΙ', *pro, contra*. ΠΡΟ, *ante*. Πρὸ θυρῶν, *ante fores*, πρὸ πολλῶν ἐτῶν. *ante multos annos*.

ἈΠΟ', *a, poſt*. ἀπὸ θεοῦ. *à Deo*; ſed ἄπο τῆς γῆς ἐγένοντο, *procul à terra aberant*.

2. Etiam Adverbia multa loci, temporis, cauſſæ, ordinis, occultationis, ſeparationis, & affectuum habent vim præverbiorum, vel per naturam, vel per derivationem, vel per compoſitionem, vel per ellipſin.

α. LOCI fere ſunt viginti. Μέχρι Σούσων. *ad Suſa uſque*. ἕως τοῦ ἔξω τόπου, *locum uſque exteriorem*. ἔνδον Βαβυλῶνος, *è regione Babylonis* ἐναντίον ὑμῶν, *è regione veſtri, coram vobis*. ἐν τοῖς ἑαυτοῦ εἶναι, *apud ſe eſſe*, ἐκτὸς ἑαυτοῦ *non apud ſe*. ἐγγὺς κατάρας, *prope exſecrationem*. (πλησίον vero apud Eurip. dat. adſciſcit: Sed eſt dativ. commodi. Σταθεῖσα τῷ πατρὶ πλησίον, *propter patrem ſtans*.) τηλοῦ τῶν ἀγρῶν, *procul ab agris*, πόῤῥω τῆς ὑποθέσεως, *longe extra materiam*. οὐκ ἄποθεν τῆς Ἀντιοχείας, *non procul Antiochia*. πέραν τοῦ Ἰορδάνου *ultra Jordanem*. πέρα πάσης διηγήσεως, *ſupra omnem narrationem*. Πανταχόσε γῆς, Euſeb. *ubique terrarum*. q. d. ἐν μέρεσι, τόποις γῆς. ἔμπροσθεν, vel ἐνώπιον ἐκείνων, *coram illis*.

κράζει ἔμπροσθεν ὑμῶν. *clamat pone nos*. ἐπάνω πάντων, *ſupra omnia*. ὑποκάτω τῆς συκῆς, *ſub ficu*. μεταξὺ ἡμῶν καὶ ὑμῶν. *inter nos & vos*. κυκλόθεν τοῦ θρόνου, (ſc. ἐκ) *circum thronum*. Sed μέχρι & πέραξ habent accuſ. Gall. μέχρι τὸ τῆς πόλεως πρυτανεῖον. *ad Prytanèum uſque*. Ergo ellipſis in Dionyſ. Perieg. v. 379. 380.

ß. TEM-

β. TEMPORIS & menſuræ. ἕως τοῦ νῦν. *uſque ad præſens tempus*, ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας. ἄχρι κόρου *uſque ad ſatietatem*. μέχρι τοῦ δυνατοῦ, *quoad ejus fieri poteſt*. κατόπιν τῆς ἑορτῆς ἥκειν. *poſt feſtum venire*, dixit Plato. μεταξὺ λόγων. *inter ſermones*, ὁπότε τοῦ ἔτους, *quo anni tempore*. ἅπαξ τῆς ἡμέρας, *ſemel de die*. ubi duo poſteriores gen. reſpiciunt τὸ ἐν vel διά.

γ. CAUSSÆ. τοῦ βελτίστου ἕνεκα, vel ἕνεκεν: *optimæ rei ergo*. Huc referunt & τοῦ κέρδους χάριν, *lucri gratia*. ποταμῶν δίκην, *inſtar fluviorum*. τῆς ἀληθείας χάριν. *veritatis gratia*. Sed χάριν & δίκην ſunt ſubſt. (quorum acc. regitur à τῷ διά vel κατά) ut & ἕνεκα

δ. ORDINIS. ἐφεξῆς τοῦ ἑνός. *deinceps poſt unum*. q. d. ἑξῆς ἐπὶ ἑνός. Nam Diod. l. 5. τὸ ἑξῆς jungit dat. vel abl. ἐπανήλθομεν πάλιν ἐπὶ τὰς ἑξῆς τῇ Λιπάρᾳ νήσους, *redimus denuo ad inſulas prope Liparam continenti ordine*.

ε. OCCULTATIONIS vel ignorationis. κρύφα vel λάθρα τοῦ πατρός, *clanculum patrem*.

ϛ. SEPARATIONIS. ἄνευ, ἄτερ, δίχα, χωρίς, ἐκτὸς πραγμάτων, *ſine labore*; πλὴν ἄλλων, *præter alios*. Πλὴν habet & caſum verbi. Iſocr. οὐδὲν ἔτι ἄλλο φέρομεν πλὴν λόγον. Verum ἰδίᾳ τῶν ἄλλων, *ſeorſum ab aliis*, eſt ellipſis. q. d. ἐν ἰδίᾳ χώρᾳ ἀπὸ τῶν ἄλλων.

ζ. AFFECTUUM & exclamationis. ὦ τοῦ ἀδικήματος. *O injuriam!* pro quo & dicimus ὦ τὸ ἀδίκημα.

Αἲ, αἴ. τῆς κενῆς ἐλπίδος! *heu! heu vanas ſpes!* βαβαὶ τῆς τιμῆς. *Papæ, quantus honor!* φεῦ τοῦ θανόντος. *ah, mortuum!* ἰώ, ἰώ τραυμάτων ἐπωδύνων. *heu, heu vulnera gravem inducentia dolorem!* q. d. ὀδύρομαι τῶν τραυμάτων ἕνεκα, *ejulo ob vulnera*. Recte enim poſt interjectiones τὸ ἕνεκα ſuppreſſum videri cenſuit ἑλληνικώτατος Sylburg. Synt. p. 183. 184.

Cum alius caſus his particulis adjicitur, aliud quid ſubauditur, ut αἲ τὸν Ἄδωνιν (h.e. διὰ τὸν Ἄδωνιν) *ah Adonin*. Οἲ ἐγὼ μελέα, *væ mihi miſera*, habet nom. quia reſpicitur τὸ εἰμί, q. d. *ah, ego ſum miſera*: ſed οἴμοι, ἰώμοι, *væ mihi*, eſt dativ. propter incommodi ſignificationem.

TABULA SECUNDA,

Complectens præverbia ſolum Accuſat. & ſolum Ablativum habentia.

1. Duæ præpoſitiones regunt, in proſa certe, ſolum Acc. ΕΙΣ, *in*, *erga, contra, ad, apud, propter*. εἰς τὴν ἐκκλησίαν καθίζομεν,

Æſch.

Æſch. *in concione ſedeo.* h.c. ἐν ἐκκλησίᾳ.

ἈΝΑ', *per, cum, in, inter, adverſus.* ἀνὰ τὴν ἑλλάδα, *per Græciam.* ἀνὰ ὅλον χρόνον, *per totum tempus.* Pro diſtributivis eleganter ponitur. Κινναμώμου καὶ νάρδου ἀνὰ οὐγκίαν μίαν. *Cinnamomi & nardi unciam unam de ſingulis.* Sic ſæpe medici. In illo Apocalypſios Joh. ἀνὰ εἷς ἕκαστος τῶν πυλώνων ἦν ἐξ ἑνὸς μαργαρίτου. *unaquaque portarum erat ex una margarita,* induit rationem adverbii. Poëtis vero eſt *ſuper, cum,* ablat. ſequente. Hom. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, *aureo cum ſceptro.*

4. Duæ habent Ablat. EN *in, ad, cum. coram, ſub, inter.* κέρδος ἐν κακοῖς ἀγνωσία, *lucrum in malis ignorantia.* pro εἰς ponitur in illo Thucyd. ἀποστελοῦντες ὁπλίτας ἐν τῇ Σικελίᾳ, *miſſuri armatos in Sicilia,* pro *in Siciliam.* Joh. V, 4, 7. quomodo demonſtravimus & Latinos loqui in Syntaxi Medullæ noſtræ Voſſianæ.

ΣΥ'Ν vel ξὺν, *cum, ſecundum.* σὺν Θεῷ, *cum Deo.*

TABULA TERTIA,

Continens quatuor præverbia duorum caſuum

GEN.

1. ΔΙΑ', *per, in, de.* ὗς διὰ ῥόδων *ſus per roſas.* διὰ ῥόδων etiam ſignificat *medicamentum de roſis.* διὰ νυκτὸς, *de nocte.* διὰ χειρὸς ἔχειν. *in manu habere.* ἔρχονται πεδίοιο. Hom. h.c. διὰ πεδίοιο. *per campum incedunt.*

2. KATA'. *contra, de, ſuper, intra, prope, per.* κατὰ Αἰσχίνου λόγος: *oratio contra Æſchinem.* τρία ἐγκώμια καθ' ὑμῶν κάλλιστα, *tria encomia in veſtrum honorem eximia.* Dem.

3. META', *cum, contra.* μετὰ φίλων ἥδιστος βίος, *cum amicis ſuaviſſima vita.* πόλεμον ποιῆσαι μετὰ τῶν ἁγίων. *bellum gerere contra ſanctos.* μετὰ τοῦ γυμνάζεσθαι. *inter exercitandum.*

4. Υ'ΠΕ'Ρ, *ſuper. de, pro propter.* ὑπὲρ τῆς στέγης, *ſuper tectum.* εἰ ὁ Θεὸς ὑπὲρ ἡμῶν, τίς καθ' ἡμῶν. Rom. 8. *ſi Deus pro nobis, quis contra nos?* ὑπὲρ τοῦ λαθεῖν, *ut lateat, lateant.*

ACC.

1. ΔΙΑ', *propter, per.* διὰ σε ταῦτα γράφω. *propter te hæc ſcribo.* δι' ὃν τρόπον, *per quem modum.* h. e. *quomodo.*

2 KATA' *ſecundum, pro, per, ad in.* Εὐαγγέλιον κατὰ Ματθαῖον, *Evangelium ſecundum Matthæum.* κατὰ κράτος *per vim.* κατὰ χώραν ἔμενον, *in regione manebant.* Act. 16. 7. ἐλθόντες κατὰ Μυσίαν, *delati in Myſiam.* ὁ καθ' ἡμᾶς στρατηγὸς, *natus noſtro tempore.*

3. META' *poſt, in, ad, contra.* μετὰ τὴν ἑορτὴν, *poſt feſtum.* Βάκτρον ἦν αὐτῷ μετὰ χεῖρας. Herod. *baculum ei in manu erat.* Poëtis vero *cum, inter,* cum ablat.

4. ΥΠΕ'Ρ, *ſuper, ultra.* ὑπὲρ γῆν, *ſuper terram.* ὑπὲρ τὸ μέτρον, *ultra menſuram.*

TABULA QUARTA.

Continens ſex præverbia trium caſuum.

GEN.	ACC.	ABL.
1. ἈΜΦΙ', *circum. propter, de.* ἀμφὶ τῆς πόλιος, *circum urbem:* Herod. ἀμφὶ ἀστέρων ἡ γραφή: Luci. *de ſtellis hoc ſcriptum agit.*	1. ἈΜΦΙ', *circum, circa, circiter. ad, de* ἀμφὶ κάμινον ἔχω τὰ πολλά. Luc. *circa caminum verſor ut plurimum.* ἀμφὶ τὰ κατεστῶτες. Dioc. Hal. *leges de re lata.*	1. ἈΜΦΙ', *circum, de, propter.* ἀμφὶ στήθεσι: *circa pectus.* ἀμφὶ μὲν μάχῃ τοιαῦτα εἰρήσθω, Herodi. *hæc quidem de bello tot & tanta dicta ſunto.*
2. ΠΕΡΙ', *de, pro, contra.* Περὶ τοῦ κάλλους, *de pulchritudine.* περὶ πολλοῦ ἐστιν, *magni eſt.*	2. ΠΕΡΙ', *circum, circa, circiter, prope.* περὶ τὸ ὄρος. *circum montem.* τίκτει περὶ ἐννέα ᾠά, *parit quaſi novem ova.*	2. ΠΕΡΙ', *circum in, per.* περὶ δορατίοις διεφθείροντο. Thuc.
3. ἘΠΙ', *ſub, in, ſuper, coram.* ἐπὶ ἄρχοντος Πυθοδώρου, *ſub principe Pythodoro.* ἐπὶ τῆς γῆς. *in terra.* καὶ ἐντεῦθεν ἐπὶ Θρᾴκης ἐχώρει. Zozym. *& inde in Thraciam abibat.* ὁ ἐπὶ τῶν ἀπορρήτων *qui eſt à ſecretis.*	3. ἘΠΙ', *ad, contra, ſuper, prope, ſub.* ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν ἐπορεύθη, *ad Atticam profectus.* Apoc. XIV. 1. ἑστηκὸς ἐπὶ τὸ ὄρος. *ſtans in monte.* adde XIII. 1. ἐπὶ τὰς ἡδονὰς στρατεύομαι. *contra voluptates bellum gero.* ἐφ' αὑτὸν ποιήσασθαι. *ſub poteſtatē redigere.*	3. ἘΠΙ', *ob, præter, in, cum.* Deus ad Adamum. οὐ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ τὴν σιωπὴν ἄγεις. Jol. *non enim propter virtutem tuam ſic taces.* Ἐπὶ τῷ βασιλεῖ τὰ τῶν ὑπηκόων, *in poteſtate regis omnia, quæ ſunt ſubjectorum.* ἀγόμενος ἐπὶ θανάτῳ. *tractus ad mortē.* ἐπὶ ἵππῳ ἐπόχου ὄντος. *in equo ſitus.*
4. ΠΡΟ'Σ, *à, contra, coram, præ.* Πρὸς θεοῦ ἀγαθά, *à Deo bona.* πρὸς τοῦ φεύγοντος εἰπεῖν, *pro reo dicere.* πρὸς τῆς βουλῆς ἐστι, *è re ſenatus eſt.* πρὸς Θεοῦ, *per Deum,* in jurando.	4. ΠΡΟ'Σ *ad, propter, coram, contra, erga, per.* ἔρχομαι πρὸς σέ. *venio ad te.* ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, *ſermo erat apud Deum* συνεταράχθησαν πρὸς τὸ ἀξίωμα τοῦ ἀνδρὸς, *turbati ob dignitatem viri.* πρὸς βίαν, *per vim.*	4. ΠΡΟ'Σ. *prope, in.* πρὸς τοῖς ποσίν: *ante pedes.* οἱ πρὸς τοῖς κύλιξι, *qui ſunt à poculis.*

5. ΠΑ-

Digitized by Google

5. ΠΑΡΑ᾽, *à, contra, coram, præ.* παρὰ Κυρίου ἡ βοήθειά μου, *à Domino auxilium meum.*	5. ΠΑΡΑ᾽, *ad, juxta, contra, præter, per, propter, poſt, infra.* παρὰ σὲ ἦλθον, *ad te veni.* παρὰ γνώμην συμβαίνει. *præter ſpem accidit.*	5. ΠΑΡΑ᾽, *apud, ad, in.* παρὰ βασιλεῖ κάθηται: *propter, apud regem.* ἰέναι παρὰ Τισσαφέρνην, *proficiſci ad Tiſſaphernem.*
6. ΥΠΟ᾽, *præ, ob, à, vel ab.* ὑπὸ χιτῶνος, *ſub tunica,* νοσεῖ ὑπὸ πόνου, *ægrotat præ labore.* Sæpe paſſivis additur, ὑπὸ τῶν ἀγαθῶν τιμᾶσθαι, *à bonis honorari.* Sic & πρὸς, παρὰ, & interdum ἐκ. ἡγήσεται Εὐχερίτης ὑπερεωρᾶσθαι πρὸς ἡμῶν, Luc. ἐπαινεῖται παρὰ τῶν πολεμίων, Eur. Ἐκ τοῦ φίλων πεισθεῖσα; *a quo amicorum perſuaſa?* Soph. Adde Apoc. IX. 2. & II. 11.	6. ΥΠΟ᾽, ſub, circiter. τὰ ὑπὸ σελήνην πάντα εὐμετάβλητα, *quæ ſub Luna, omnia ſunt mutabilia.* ὑπὸ τοὺς χρόνους, *ſub, circiter idem tempus.* ὑπὸ πόδας χωρεῖν, *pedem referre.*	6. ΥΠΟ᾽, *ſub, cum, per, propter,* ὑπὸ δένδρῳ, *ſub arbore.* ὑπὸ τῇ ποιήσει ἐπαινεῖσθαι, *ob Poëſin laudari.*

CAPVT QVINTVM.

De genitivis pronominum, verbalium, &c.

1. Subſtantivum habet genitivum pronominis Primitivi loco poſſeſſivi. ut πάτερ ἡμῶν, pro ἡμέτερε, *pater noſter.*

2. Genitivus conſequitur omnia vi ſubſtantivi aut præpoſitionis omiſſæ; in primis compoſita cum α privativo: verbalia in ικος, aliaque: item ſignificantia dignitatem, comparationem, cauſſam, partem, materiam, pretium

tium atque tempus. Compoſitum eſt, ἀθέατος τῆς ἀληθείας, *non videns veritatem.*

Verbale. Ἀγαθὸς ὁ θεὸς, καὶ ἈΓΑΘΩ͂Ν τοῖς ἀξίοις ΠΑΡΕΚΤΙΚΟ΄Σ, Baſ. *Deus bonus eſt, & bona dignis tribuens.*

Dignitas. Τιμῆς ἄξιος, *honore dignus.* q. d: κατὰ τὸ ἀξίωμα τῆς τιμῆς.

Comparativus. ΤΗ͂Σ ΠΟΛΥΠΡΑΓΜΟΣΥ΄ΝΗΣ οὐδὲν ΚΕΝΕΩ΄ΤΕΡΟΝ ἄλλο. *Curioſitate nihil vanius.*

Cauſſa. Φιλεῖ αὐτὸν τῆς ἀρετῆς (ſc. ἕνεκα) *amat illum propter virtutem.*

Pars. Λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *lupum auribus teneo.* h. e. ἐκ τῶν ὤτων. ἐσθίειν τῶν ἀπορρήτων, Luci. *comedere interdicta.*

Materia. Ἀνδριάντα ἐποίησε μαρμάρου (vel ἐκ μαρμάρου) *ſtatuam fecit è marmore.*

Pretium. Οὐχὶ δύο στρουθία ἀσσαρίου πωλεῖται; (vel ἀντὶ ἀσσαρίου) *nonne duo paſſerculi aſſe veneunt?*

Tempus. Πέντε ὅλων ἐτέων, *totos quinque annos,* μηδὲν λαλεῖν, *nihil loqui decet.*

ἘΜΟΥ͂ ΔΙΔΑ΄ΣΚΟΝΤΟΣ (h. e.) ἐπὶ ἐμοῦ διδάσκοντος) *me docente,* οὐ μανθάνεις, *tu diſcis.* Nam genitivus abſolutus eſt tempus QUANDO.

1. Ut Cic. dixit *defenſor veſtri,* pro *veſter*: ita LXX, τίμα τὸν πατέρα σου, *honora patrem tuum.* Ad rectum quoque σὸν, *tuum*: quomodo ferè in Carmine; in proſa contra plerumque τὸ σὸν cum articulo.
Ἑαυτῶν propriè ſonat *ſui ipſorum*, impropriè etiam *noſtri ipſorum*, *veſtri ipſorum*, ſive *noſter*, *veſter*. S. Paulus, τὴν σωτηρίαν ἑαυτῶν κατεργάζεσθε, *ſalutem veſtram operamini.* pro ὑμετέραν.

2. Ellipſes hujus Regulæ vide fuſius expoſitas, & probatas cap. ſequenti.

CAPUT

CAPUT SEXTUM.

De Genitivis admirandi, prohibendi, ſuperandi, &c.

Multa verba per ellipſin conſtruuntur cum genitivo.

Primo verba admirandi, prohibendi, ſuperandi, regnandi, liberandi, ut: Τίς ἐκ ἂν ἀγάσαιτο τῆς ἀρετῆς; (q. d. τῆς ἀρετῆς ἕνεκα) *quis non admiretur virtutem?*

Dein conandi, parcendi, abſtinendi, fruendi, & ſenſuum, excepto viſu. Πᾶσαι (κοινωνίαι) ἀγαθοῦ τινὸς στοχάζονται, Ariſt. Polit. *Omnes ſocietates bonum aliquod ſpectant*, vel *conſequi conantur*. Τοῦ ΘΕΟΥ͂ ἀκούειν, *audire Deum.*

Poſtremo cupiendi, contemnendi, diſcrepandi, privandi, deſinendi, & contrariæ ſignificationis. Μὴ ΜΕΓΑ´ΛΩΝ δεῖ ἘΠΙΘΥΜΕΙ͂Ν παρὰ τὸ δίκαιον, Iſocr. *Non decet magna expetere contra juſtitiam.* Πάντων διαφέρειν, *omnibus differre*, h. e. *omnibus antecellere.* ἀμελεῖς τῶν φίλων, *negligis amicos.* Φροντίζω τούτων, μέλει μοι τούτων, & περὶ τούτων, *curo hos*, vel *li ſunt mihi curæ.*

Quod vir politiſſimus Scioppius in Gramm. Philoſoph. olim docuit, Latinæ Syntaxeos Regulam eſſe fundamentalem, *Omnis genitivus regitur vel à ſubſtantivo, vel à Græcâ præpoſitione expreſſa vel ſuppreſſa*: illa utique in primis vera eſt, & theſauros aperit infinitæ utilitatis Conſtructione Græcâ. Elli... enim qui oderit, talpâ ... cior.

1. Primo nihil frequentius quam ſubſtantivum cogn... ſubaudiri: ex. gr. cum legis ... τῆς ἀληθείας, plena di... cit...

erit, ſi ſuppleveris, πεϱὶ τὸ θέαμα τ̃ ἀληθείας, q. d. *cæcus ad contemplationem veritatis*. Sophoclêum, Εὐχαὶ λυτήϱιοι δειμάτων, *preces ſunt expultrices metûs*, ſic reſolveris, λυτήϱιοι λύσει δειμάτων. Παϱακλητικὸς τ̃ ἀγαθῶν, valet παϱακλητικὸς παϱοχῇ τῶν ἀγαθῶν. Eadem ratio verborum, nam μύϱα ὄζειν, *unguenta olere*, perinde fuerit ac ὀσμὴν μύϱυ ὄζειν, q. d. odorem unguenti redolere. Ἀγαθῦ τινος ςοχάζεσθαι, *ad bonum aliquod collineare tamquam ad ſcopum*, plenè dixeris ἀγαθοῦ τινος ςοχασμὸν ςοχάζεσθαι, quaſi verbum verbo reddas, *cui alicujus collineationem collineare*, vel *boni illius ſcopum velle ferire*. Τῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀϱχόμεθα valet, ἀϱχὴν τῦ ζῆν ἀπὸ λύπης ἀϱχόμεθα, *exordium vitæ ordimur à triſtitia*. Si quæris rationem hujus expoſitionis, paucis dabo. Quia nihil ἀττικώτεϱον, quam πλεονάζειν, & verbis addere παϱέϱγα: quod genus μάχομαι μάχην, δυλεύω δυλείαν, *pugno pugnam*, *ſervio ſervitutem*, & ſimilia: præſertim ſi adjectivum, vel aliud addatur. Lucian. Δειπνεῖ(ς) πολυτελῆ δεῖπνα. Luc. ςυγεῖϱαι τ̃ ςτόλον ἀν-. Pari modo cum Xenophon ſcripſit, τ̃ καλῶν ἐϱῶσι, *pulchra amant*, ſubaudi accuſativum cognatum verbi (q. d. τ̃ καλῶν ἔϱωτα ἐϱῶσι) confirmat inſignis locus Luciani, cum inquit, τοῦτον τὸν ἔϱωτα βαϱέως κτήματος. Hæc Analyſis uſque adeo ſecunda & copioſa eſt, ut nullum vel adjectivum vel verbum ſit, cujus genitivus non facile ab illo capite manet.

2. Secundo non raro videas in genitivis ſupprimi non modo cognatos & affines, ſed etiam aliarum rerum accuſ. vel ablativos. Ex. gr. Θαυμάζω ὑμῶν idem erit atque θαυμάζω κάλλος ὑμῶν, ἀϱετὴν ὑμῶν, vel ſimile quid. Certe verba admirandi admittunt quoque accuſ. Nam Philonis eſt, πόλιν θαυμάζω.

Quod Plato dixit, μετέχυσι τ̃ λόγυ, *particeps rationis*: is profecto gen. non regitur à verbo μετέχειν, ut ſomniat vulgus Grammaticorum, ſed ſubſtantivo μέϱος. Nam Iſocrates ΤΩ͂Ν ΚΙΝΔΥ΄ΝΩΝ, inquit, πλεῖςον ΜΕ΄ΡΟΣ μετέχειν. Plutarchus ait, Εἴχετο τ̃ παϱθένυ, *adhæreſcebat virgini*, *deamabat virginem*: ſed hoc valet, εἴχετο τῷ πόθῳ, vel ἔϱωτι τ̃ παϱθένυ. Hæc utique figmenta, vel λῆϱοι nemini poterunt videri, cui acetum eſt in pectore: Nam Luciani eſt, ἔϱωτι φιλοσοφίας ἐχόμενος, *amans Philoſophiæ*, *qui tenetur amore Philoſophiæ*. Sic & in morte Peregr.

3. Tertio, quanta ſeges eſt Præpoſitionum, quas, ut conciſior ſit & promtior loquendi ratio, ſupprimit ellipſis genitivorum? Poſt partitiva & ſuperlativa intelligitur ἐκ vel ἀπὸ. Τίς ὑμῶν; *quis veſtrum?* plene Chriſtus extulit Matth. VI. Τίς ἐξ ὑμῶν. Ἁπασῶν καλλίςη, *omnium pulcherrima*, ſup-

ſupplebit illud Luciani, ἰδὼ ἐξ ὑμῶν ἡ καλλίςη ἔδοξα.

Poſt comparativa ut Doctor Pariſienſis πρὸ ſubaudit: ita Daniel Heinſius quodam Epigrammate in amicum ſui deſertorem ἀντὶ expreſſit. Ἄλλον ἔχει κατὰ νύκτα φιλαίτερον ἀντ' ἐμοῦ ἄνδρα, *alium noctu virum habet ſibi me cariorem.* Sic enim ſenſus congruit. Quod autem ἀντὶ ſignat proprie permutationem, eo ipſo vides gradum humiliorem in Comparatione permutari altiore gradu, vel contra. Πρὸ vero denotat excellentiam, ut *ante* apud Latinos. Virg. *Ante alios immanior omnes.*

Si pars denotetur: πίνω τοῦ οἴνου, *bibo vinum*, valebit, ἐκ τοῦ οἴνου Τῆς ἐσθῆτος λαβόμενος, *veſte prebendens*, ponitur pro ἐξ ἐσθῆτος. Luc. ἐκ τῆς χειρὸς λαμβάνεσθαι. Par ratio eſt materiæ: illud Herodiani ἑνὸς λίθου πεποιῆσθαι, *factum eſſe ex uno lapide*, explicatum dedit Theophraſtus, cum inquit τὰς σφραγῖδας ἐκ λίθου ποιοῦσι. Si agitur de pretio, & cum & ſine præpoſitione hoc effertur: Quod Chriſtus dixit δύο στρουθία πωλεῖται ἀσσαρίου, adjecto præverbio rectum quoque erit, nec infrequens, ἀντὶ ἀσσαρίου. Ariſtot. 2. Pol. Ἀλλάττεσθαι τινὶ τροφῆς ἀντὶ νομίσματος, pro quo vulgo ſimpliciter νομίσματος. Eurip. Τοὺς δ' ἄρνας ἡμῖν οὗτος αὐτ' οἴνου σκύφου Ἀπημπόλησε, *Agnos autem iſte nobis vini ſcypho vendidit.* Adde Exod XXII, 3. & Matth. XX, 2, 13.

Temporum quæſtiones ſubaudiunt, διὰ, ἐν, vel ἐπί. Sicut ergo Latinis *decem dies non prælinbitur*, idem fuerit ac, *per decem dies*: ita videbis facile cur tempus QUAMDIU à Græcis, & Xenophonte genitivo redditur, 2 Ἀναβάσ. οὐ μαχεῖται δέκα ἡμερῶν, quia ſcil. ſupplendum eſt διὰ ἡμερῶν δέκα. Rogan[ti] QUANDO aliquis ſtudeat, reſpondebit homo Græcus, vel ſimpliciter νυκτὸς καὶ ἡμέρας, vel cum Platone διὰ νυκτὸς καὶ ἡμέρας. Etiam intelligat ἐν vel ἐπί Theogn. de adultera: Π[...] ἐν νύκτων ἄλλον ἔχει λεχέων. Luc[...] τεθνάσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας.

Hinc liquido patebit nullos [...] in rerum naturâ GENITIVO[S] verè ABSOLUTOS, h. e. li[be]ros ab omni regimine: niſi il[los] forte vocemus abſolutos caſu[s] qui, quamvis regantur à vo[ce] ſuppreſſâ, tamen in conſpe[ctu] omnium prodeunt ſine rege [...] Quemadmodum igitur ἐπ' [...] apud Demoſth. denotat meo te[m]pore: ſic ἐμοῦ διδάσκοντος σὺ [μαν]θάνεις, plene dixeris ἐπ' ἐμοῦ διδάσκοντος, h. e. *me docente, eo tempore quo doceo, tu diſ[cis]* Arrian. l. 7. Ἐτελεύτη δὲ Ἀλέξ[αν]δρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ [...] ἔτει Ὀλυμπιάδι. ἐπὶ Ἡγησί[ου ἄρ]χοντος Ἀθήνησι, *Alexan[der] mortuus eſt Olympiade CXI[V] Hegeſia imperante Athenis.* [...] merus idem effert per ὑπὸ [...] 6. v. 333, 334. Ἀμφὶ [δὲ νῆες] Σμερδαλέον κονάβησαν, ἀϋ[σάν]των ὑπ' Ἀχαιῶν, *Utrimque* [...] *naves horrendum in modum* [...] *nabant clamantibus Achivis.* [...] quoque *ſub* apud Latinos [...] imperium, ſed tempus notat [...] ax apud Ovid. XIII. Met. *in* [...] *prior, nulloque ſub indice* [...] h. e. *ad bellum profectus ſu[m]* *quando* vel *quamvis nemo in[dica]ret, quo fugiſſem metu bell[i]*

Digitized by Google

In verbis autem prohibendi, liberandi, curandi, abſtinendi, deſinendi, incipiendi, implendi, æſtimandi, accuſandi, atque id genus aliis, quam crebra ſit ellipſis, nemo facile dixerit. Sicut Ariſtoteles in illo, *κωλύει τοῦ γίνεσθαι οἰκίαν*, *impedit quo minus fiat domus*, τὸ ἀπὸ, abjecit: ita contra Xen. addidit in hoc, ἀπὸ τῶν αἰσχρῶν κωλύσομεν. Apollonius *ῥύσασθαι ἄνδρα λύμης*, *hominem liberare à pernicie*, poſuiſſe pro ἀπὸ λύμης, partim docet Latina verſio, partim Matth. c. VI. cum quo quotidie Deo ſupplicantes dicimus, *ῥῦσαι ἡμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ*. Pro ἐπιμελεῖσθαι στρατηγίας, *curare exercitum*, Plato dixit περὶ στρατηγίας, & Iſocr. *μελετᾶν ὑπὲρ τῶν ...ῶν*, *curare remo*. Græcum eſt ...ωτὸν ἐγέμισε πυρὸς: ſed ...eo S. Joannes Apocal. VIII. ...ισεν ἐκ πυρὸς, *thuribulum ...evit igne*. Pro ἐκ etiam dr. ... Vid. Luc. XV, 19. Sic & ...σθαι λόγου dixeris, & ἀπὸ λόγου, ...*s ſermonem*. Luc. Act. X. ...άμενος ἀπὸ γαλιλαίας. Theoc. ... β. ἐκ τίνος ἄρξεῦμαι; Thuc. ... ἀπὸ νόσου μεγάλης λελοφώ..., *à magno morbo ceſſavi...*: Sed Herod. ſine præpoſ. ...γῆς ἐπαύσατο, *ab ira deſiit*. ...ocalypſ. XIV. 13. ἵνα ἀναπαύσωνται ἐκ τῶν κόπων αὐτῶν. ...m Demoſth. dixit, Αἰσχίνην ...ὸς αἰτιῶμαι, *Æſchinem nullius accuſo*, intellige περὶ, ut Xen. ...ω σε περὶ θανάτου, *accuſo te ...ione capitali*. Quod ſi verba ...ſandi geminum adſciſcant ge... (ut in illo, Κατηγορῶ σου ἁπάντων τῶν τεττάρων, *accuſo te de omnibus his quatuor rebus*,) ſ... pertinet ad τὸ κατὰ in κατηγορῶ, τεττάρων vero ad κατηγορίαν, vel περὶ. Τῶν φίλων μέμνησο, *Memento amicorum*, apud Iſocr. idem valet quod περὶ τῶν φίλων: dixit enim alibi, ἐμνήσθης περὶ τοιαύτης γυναικός. Dic Græce, Ἀρετῶν τὰς ἡδονὰς ἐλάττονος ποιοῦμαι, *voluptates minoris facio quam virtutes*; & tuto ſupplebis, ἀντὶ, πρὸ, vel περὶ ἐλάττονος. Lyſias, περὶ οὐδενὸς ἡγοῦντο, *nihili ducebant*. πρὸ πολλοῦ ἂν ἐποιησάμην, *magni feciſſem*. Dem. ἀντὶ παντὸς τιμᾶν, *maxime æſtimare*. Uſus τοῦ περὶ creberrimus apud verba ἡγεῖσθαι, ποιεῖσθαι. Ex quibus omnibus originem una diſcas Latinæ ſyntaxeως.

4. Nunc iterum monendi ſunt præceptores, ne atro carbone notent, quod locupletes auctores alba linea ſignarunt.

Primo, pretium etiam ponitur in abl. ut apud Latinos. Theophyl. ὠνεῖσθαι τὴν νίκην χρυσῷ, *emere victoriam auro*. Lucian. πρίασθαι δυοῖν ὀβολοῖν. h. e. ἐν χρυσῷ, ἐπὶ δυοῖν ὀβολοῖν. Latini ſuum *pro* rariſſime addunt verbis pretii: ſed aliquanto major hic eſt Græcis licentia. Dem. ἐν δυοῖν ὀβολοῖν θεωρεῖν, *duobus obolis ſpectare*. LXX. in Threnis Jer. ὕδωρ ἡμῶν ἐν ἀργυρίῳ ἐπίομεν. Lucian. ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάττω σε δεινῶν, *magna mercede te libero malis*.

Deinde tempus cum in Quæſtione QUANDO, tum etiam QUAMDIU tribus minimum caſibus poteſt exprimi, gen. acc. & ablativo. Præpoſitio poteſt addi, poteſt detrahi. Genitivum vidimus. Acc. apud Thucyd. τρεῖς μῆνας ἦρξε, *tres menſes regnavit*. h. e. ἀνὰ, κατὰ,

τὸ,

τὰ, ἐπὶ. περὶ τρεῖς μῆνας. Pauſ. ἀνὰ πᾶσαν νύκτα. Chryſ. in Job. παρὰ πάντα χρόνον, per omne tempus. Herod. Ἐπιγενόμενος τῶν βαβυλωνίων τὸν χρόνον τοῦτον Λαβύνητος, h. e. κατὰ χρόνον τοῦτον. Chryſ. κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καιρὸν, tempore reſurrectionis. ABL. Herodian Σεβῆρος ἐβασίλευσεν ὀκτωκαίδεκα ἔτεσι, h. e ἐν ἔτεσι. Plutarch. ἐν πλείονι χρόνῳ, per longum tempus. Thucyd. τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ αὐτοῖς συνέβη Xenoph. ἐν νυκτὶ. noctu.

Tertio memineris in Græcia fuiſſe quattuor, ut vulgo vocant, caſus abſolutos, Nom. Gen. Acc. & Ablativum. Pauſan. Attic. ἀφικόμενοι οἱ παῖδες ἐκεῖνοι. πρῶτον τότε οἱ πελοποννήσιοι ποιοῦσι πόλεμον, q. d. ὄντων ἀφικομένων, ſicut ὁσαι νύκτες, ſingulis noctibus, ponitur pro ὅσαι νύκτες εἰσὶ, quotcumque noctes ſint. De Genitivo vidimus. ACC. Soph. Σὲ μὲν εὖ πράσσοντ' ἐπιχαίρω, Te utente rebus ſecundis gaudeo, h. e. κατὰ, vel διὰ σὲ εὖ πράσσοντα. Ariſtoph. Nub Ἐπαινῶ κοῖλον πρὸς γυναῖκα σκευάσμεν, τὸν πρακτὸν ἔχειν ὑπὸ βίας τὸ πνεῦμα. Huc refer impersonalium participia neutra. Thucyd. εὖ παρασχὸν, cum bello ſucceſſerit, ἐξὸν, cum liceat, δέον, cum oporteat, &c. In primis amo Doctorem Pariſ. quod mihi primus explicaverit illud Xenophonteum. Δόξαν δὲ ταῦτα ἐκήρυξαν οὕτω ποιῆσαι, his decretis denunciarunt ita facere: docet enim neutrum ſingulare δόξαν referri ad τὸ δοκεῖν, cujus infinitivi accuſativus pluralis eſt ταῦτα, q. d. μετὰ δόξαν τὸ δοκεῖν ταῦτα. Cum vero δόξαντα ταῦ- τα dicitur, pulchre tradit non intelligi τὸ δοκεῖν, ſed ſolum ſubſtantivum plurale. Xen. Δόξαντα δὲ ταῦτα. τὰ μὲν στρατεύματα ἀπῆλθε: μετὰ δόξαντα ταῦτα τὰ περὶ ... his decretis, vel poſtquam hæc decreta ſunt. ABL. eſt apud eund. Xen: 3. Hell: περιιόντι τῷ ἐνιαυτῷ φαίνουσι πάλιν οἱ ἔφοροι φρουράν. Anno præterlapſo decernunt iterum Ephori nova præſidia, nova copias. Demoſth: μὴ τοίνυν ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ΤΟΥΤΟΙΣ οὕτω ΧΡΗΣΟΜΕΝΟΙΣ ἂν ὑμῖν, ... πῶς ἔχετε ὑμεῖς, Ne igitur, viri Athenienſes, illis ita de vobis, ſi liceret ſtatuturis, aliter erga ipſos affecti ſitis. Conſer etiam Marc: V, 2. Matth: VIII, 1. & XXVI: 6, 7. In his omnibus intellige ἐν, vel potius ... ante abl: quemadmodum Cicero per cum extulit. 1. de Off: ... doque volentibus cum magnis ...

4. Poſtremo quoque recordaberis non pauca ex iis, quæ genitivum amant, conſtrui quoque cum acc: more Latino. Ejuſmodi ſunt verba ἐπιθυμεῖν, ... ἀπολαύειν, ἐπιμελεῖσθαι, ... νεῖν, ἀποδέχεσθαι, & quædam ... Ignatius Ep: ad Rom: Μηδὲν ... θυμεῖν κοσμικὸν ἢ κάκιον. ... Baſilium in Aſceticis, & ... Interpr: Geneſ: 49 Exod: ... οὐκ ἐπιθυμήσεις τὴν γυναῖκα ... per ellipſin dixeris, οὐκ ἐπιθυμήσεις τῆς γυναικός. Sic & χρῆσθαι ... γλίχεσθαι χρηματίζειν, & χρῆσθαι ... Contra ἐρᾶν habet ſolum genitivum caſum, & ἀγαπᾶν, ... φιλεῖν, ποθεῖν acc.

Xenophon uſus accuſ: τὰ αὐτὰ ἐπιμελεῖσθαι, talia cur...

19. Υ *eſt* anceps in *ἀρύω*, *imbibeo*, *νώνυμος*, *ignarus*, *ὕδωρ*, *aqua*, etiam in pleriſque verbis in *υω*.

TABULA TERTIA,

Complectens ancipites ultimæ ſyllabæ.

1. Quanta eſt ultima maſc. genitivi, tantum α Fem. nominativi. Ex tertia declinatione ortum corripitur, ut *ἡδὺς*, *ἡδέος*, *ἡδεῖα* (nam tria in *ιδα* tantum acuunt antepenultimam, ut *ἐλάχιδα*, *parva*, *λίγεια*, *ſonora*, & *ἡμίσδα*, *dimidiata*) *τύπτων*, *τύπτοντος*, *τύπτουσα*. Sed ex ſecunda deflexum ab *ος* producitur, ut: *δικαία*, *juſta*, a *δίκαιος*, *ἁγία*, *ſancta*, ab *ἅγιος*, *καθαρὰ*, *pura*, *σιδηρέα*, *ferrea*. Exceptis tribus vocibus Poëticis, *πότνια*, *veneranda*, *πίειρα*, *matura*, *δῖα*, *pulchra*, *divina*.

2. α Produc. in nominibus omnibus in *ια*, ut, *φιλία*, *amicitia*.

3 In nominibus in *εια* derivatis à verbis in *εύω*, ut, *βασιλεία*, *regnum*, a *βασιλεύω*, *regno*: *δουλεία*, *ſervitus*, a *δουλεύω*, *ſervio*. Sed alia in *εια*, non derivata à verbis in *ευω*, corripiuntur, ut, *βασίλεια*, *regina*, a *βασιλεύς*, *ἀλήθεια*, *veritas*, ab *ἀληθὴς*, *verus*. & in *Ἀλεξάνδρεια*, *Alexandria*, & ſimilibus.

4. In nominibus in *δα*, ut: *Λήδα*, *Leda*, *Μάρθα*, *Martha*. Cum ante *ρα* eſt vocalis brevis vel longa, *ρα* producitur, ut, *ἡμέρα*, *dies*, *χώρα*, *regio*. Cum vero ante *ρα* diphthongus, corripitur, ut *σφαῖρα*, *globus*, *ſphæra*.

5. In illis nominibus, in quibus duæ conſonantes præcedunt, ut, *ἄγρα*, *præda*, *captura*, *πέτρα*, *petra*.

6. I

6. In multis vocibus in αια diſſyllabis, aut polyſyllabis, ut, σεληναία, *Luna*, Μαῖα, *mater Mercurii*, Ἀθηναία, *Minerva*, quod accentus regula indicat.

7. In vocativis nominum propriorum in ας in prima declinatione, ut, ὦ Αἰνεία, *o Aenea*, ſed in nominibus in ης corripitur, ut, ὦ προφῆτα, *o propheta*, a προφήτης, *propheta*.

8. In propriis tertiæ declinationis, ut, ὦ Πάλλα, *o Palla*: in communibus autem corripitur.

9. In duali numero primæ declinationis, ut, τὼ μούσα, *dua Muſa*, τὼ Αἰνεία, *duo Aeneae*.

10. AN in fine producitur in maſculino genere tertiæ declinationis, ut, Τιτὰν, *Titan*, παιὰν, *paan*. Πὰν, *Pan*. Omnia autem compoſita à πᾶν, *omne*, corripiuntur, ut, σύμπαν, *totum*, nullo excepto.

11. Λίαν, *valde*, ἄντα, *exan*; μὰν, *profecto*.

12. In accuſativis ſingularis numeri maſculini generis primæ declinationis, ut, Αἰνείαν: ſed accuſativi feminini generis corripiuntur, ut: μοῦσαν, a μοῦσα, *Muſa*.

13. In nominibus monoſyllabis in ρ, ut, κὰρ, *caput*, ψὰρ, *ſturnus*: ſed γὰρ, *nam*, conjunctio, corripitur: & ejuſmodi fere ſunt omnia alia exeuntia in αρ, licet Næander ſentiat, omnia nomina maſculini & feminini generis cadentia in litteram immutabilem, α producere, exceptis, μάκαρ, *felix*, & δάμαρ, *conjux*, *uxor*.

14. In nominibus maſculinis, quæ non ſortiuntur accentum in ultima, ut; Αἰνείας, *Aeneas*. Αἴας, *Ajax*. ſic etiam πᾶς, *omnis*, cum compoſitis. Sed excipitur μέγας, *magnus*; λᾶας, *lapis*: etiam nomina derivata à Κεραννύω, *miſceo*, ut; κρὰς, *caput*, μελικρὰς, *ſpecies mulſi*.

15. Nominativus & genitivus ſingularis numeri primæ declinationis in ας (cum accuſativo plurali tum ejuſdem nominis, tum etiam in α, η) producunt α, ut: Πυθαγόρας, τοῦ Πυθαγόρα, τοὺς Πυθαγόρας; τοῦ Αἰνείου, pro Αἰνείου; τὰς ἡμέρας, τὰς ἡμέρας. τοὺς ἱερέας pro ἱερεῖς, & τὰς ἱερὰς, licet hi accuſativi aliquando breves inveniantur licentia Poëtica. Poëtæ etiam corripiunt ἡμέας, *nos*, & ὑμέας, *vos*.

16. Participia maſculina in ας producuntur, unde α in penultima producitur feminini ασα, ut ſupra dictum eſt, ut, τύψας, τύψασα, *verberans*: αν autem neutro corripitur, ut, τύψαν, φιλῆσαν.

II.

De ι in fine.

1. Producitur ι in nominibus literarum, ut: ξῖ, ψῖ, φῖ, ῥῖ, πῖ.

2. In Attica Paragoge demonſtrationis, ut: τουτὶ, *hoc*, *huc*; νυνὶ, *nunc*; οὑτωσὶ, *taliter*.

3. In

3. In vocibus diſſyllabis oxytonis, ut: *κνημὶς*, *ocrea*, *munimentum*: *σφραγὶς*, *ſigillum*: & quidem in *ῥεγεωνὶς*, *ſpiles femina*.

4. In vocibus geminæ terminationis, ut: *ἀκτὶς*, *ἀκτὶν*, *radius ſolis*; *δελφὶς*, *δελφὶν*, *delphin*; *ῥῖς*, *ῥὶν*, *naris*:

Unde productio perdurat, in obliquis caſibus ſive eorum, quæ præceſſerunt, nominum in *ις* & *ιν*, genitivo *ινος* habentium ut *ῥὶν*, *ῥινὸς*; ſive aliorum in *ις* purum, ut *κὶς*, *κιὸς*, *vermis*; præter *τὶς*, *quis*.

III.

De υ in fine.

1. In nominibus litterarum producitur, ut: *μῦ*, *νῦ*.

2. In *τὺ*, Dorice pro *σὺ*, *tu*.

3. In adverbiis in *υ*, ut: *μεταξὺ*, *interim*; *μεσσηγὺ*, *in medio*; ſed *ἀντικρὺ*, *è regione*, eſt anceps.

4. In imperfectis, & aoriſtis verborum in *υμι*, ut: *ἐδείκνυν*, *oſtendebam*.

5. In nominibus geminæ terminationis, ut: *Φόρκυς*, & *Φόρκυν*, *Deus marinus*.

6. In accuſativis nominum, quæ nominativum producunt. Hi enim duo caſus ſemper ſimiles ſunt quantitate in fine, ut: *μυῦ*, a *μῦς*, *mus*; *ἰλυὺ*, ab *ἰλὺς*, *limus*.

7. In omnibus nominibus in *υρ*, ut: *πῦρ*, *ignis*; *μάρτυρ*, *teſtis*.

8. In vocibus monoſyllabis in *υς*, ut: *μῦς*, *mus*; *σῦς*, *ſus*.

9. Cum in ſubſtantivis oxytonis, tum circumflexis in ultima, declinantibus genitivum per *ος* purum, ut: *ἀχλὺς*, *caligo*; *ἰλὺς*, *limus*; *Τηθὺς*, *Tethys*; *ὀϊζὺς*, *miſer*; *νηδὺς*, *venter*; *ὀφρὺς*, *ſupercilium*.

TABVLA QVARTA

Continens duas obſervationes de cognoſcenda quantitate nominum & verborum.

Ut univerſim quantitatem nominum & verborum facile percipias ex prædictis: tamen his adjungemus duas, ut inde diſtinctiori quantitatum cognitione imbuaris, præceptiones.

I. De

Digitized by Google

I. De caſibus obliquis nominum.

1. Articulus α producit in feminino dual. & in accuſativis feminis pluralibus, ut: τὰ, τὰς. Per ratio aliorum nominum eodem in loco, & eadem declinatione.

2. Quantitas in fine nominativi eadem manet in caſibus obliquis; ut υ in φόρκυν producitur, ſic quoque in φόρκυνος, *Deus marinus*. Unde primo excipiuntur nomina in υρ, quæ υ corripiunt contra naturam nominativi, ut: πῦρ, πυρὸς, *ignis*: μάρτυρ, μάρτυρος, *teſtis*: Quibus adjungendum eſt nomen ἅλς, ἁλὸς, *ſal*. Secundo feminina diſſyllaba in ις, (quorum vocalis penultima in nom. producitur, ſicut ultima corripitur) genitivum deſinentia per ιδος, producunt penultimam in aliis caſibus, ut: κνημὶς, κνημῖδος, *ocrea*: Imo & polyſyllaba, quæ conſtant tribus brevibus, ut: πλοκαμὶς, ῖδος, *coma*. Huc adde, quorum genitivus in ιος deſinens penultimam in obliquis habet longam, ut ὄρνις, ὄρνῖθος: excepto κόρυς, κόρυθος. Tertio quælibet finita in υς, (ſive longum habeant υ in recto, ſive breve) in obliquis υ correptum tenent, ut δρῦς, δρυός: ἰχθῦς, cujus ultima indifferens, ἰχθύος: χλαμὺς, ύδος.

Quarto, cum vocalis anceps ante ξ & ψ corripiatur natura, in obliquis producitur caſibus, ut φοῖνιξ, ικος, *phœnix*: κόκκυξ, κόκκυγος, *cuculus*: κῆρυξ, κήρυκος *præco*. Contra α producitur in nominativo, & corripitur in genitivo nominis λαῖλαψ, *tempeſtas*. Verg. & αὖλαξ, ακος, *ſulcus*, Doct. Pariſ. Wellerus aliter.

II. De verbo.

1. Quantitas penultimæ, quam habent ſingula tempora verborum in ω, eadem manet in aliis temporibus inde derivatis; Ex quibus tamen excipies futurum ſecundum, & aoriſtum ſecundum, quæ penultimam corripiunt; ut: κρίνω, *judico*: fut. 2. κρινῶ, aor. 2. ἔκρινον. ψάλλω, *canto*: fut. 2. ψαλῶ; aor. 2. ἔψαλον.

2. Penultima aor. 1, producitur in ἔκρινα, *judicavi*; & p. τέτυφα, *verberavi*; ἔκλαυσα, *fleti*. Attici tamen corripiunt penultimam, ut: ἐλήλυθα, præt. med. ab ἐλεύθω, ſive ἔρχομαι, *venio*.

3. α, ι, υ in penultima futurorum ab αω, ιω, υω, producuntur, ut: ἀκροάσω, *audiam*; κυλίσω, *volvam*; κωλύσω, *prohibebo*; λύσω, *ſolvam*. Tamen interdum corripiuntur licentia Poëtica.

4. υ verborum in υμι extenditur in ſingulo numero præſentis, & imperfecti indicativi activi, ut: ζεύγνυμι, *jungo*: ἐζεύγνυν, *jungebam*. In plurativo autem numero eorumdem temporum corripitur.

TABVLA QVINTA,

Agens de Figuris licentiæ Poëticæ.

I. *De ectaſi.*

Productio litterarum aut ſyllabarum nominatur ἔκτασις, ab ἐκτείνω, *extendo*: aut διαστολή, a διαστέλλω, idem. Hac figura producunt Poëtæ.

Vocales breves aut ancipites, mutando eas in longas.

2. ε aut εα mutando in η ut: κρῆς. pro κρέας, *caro*: φρῆτος, pro φρέατος, *putei*.

3. ε, ο, α & υ mutando in diphthongos, ſive in ει, ut Ἑρμείας, pro Ἑρμέας, *Mercurius*; aut in ευ, ut: δεύομαι, pro δέομαι, *indigeo*: aut in οι, ut: γελοίων, pro γελόων, *ridens*; aut in ου, ut: οὐλοὸς, pro ὀλοὸς, *pernicioſus*, aut in αι, ut: αἰετὸς, pro ἀετὸς, *aquila*: aut in αυ, ut αὐτμὴν, pro ἀτμὴν, *ſed.*

5. Eadem conſonante repetenda, ut: ἄμμορος, pro ἄμορος, *infelix*.

6. Alia conſonante adjungenda, ut: ἐριγδουπος, pro ἐρίδουπος, *latiſonus*.

II. *De* συστολῇ.

Correptio ſyllabæ longæ nuncupatur συστολή, a συστέλλω, *corripio*, in Præt. med. συνέσταλα. Hac figura

1. Corripiunt longas & ancipites. ex gr. mutando η in ε.

2. η diſſolvendo in εα, αα, ut: ἐάγην, pro ἤγην, *fractus ſum*, ab ἄγνυμι, *frango*: ἀάσθην, pro ἤσθην, *læſus ſum*, ab ἄτω, *lædo*. Vel α longo in αε, ut ἄεθλος, pro ἆθλος, *certamen*: aut ω in αο, ut φάος, pro φῶς, *lumen*.

3. Diphthongis dividendis in duas ſyllabas, ut: ἀΐσθω, pro αἴσθω, *ſpiro*. Sed ει interdum mutatur in εε, ut: ἐέργω, pro εἴργω, *arceo*: aut in ηϊ, ut: κληΐς, pro κλεὶς, *clavis*: α mutatur in αϊ, ut ἀΐδης, pro ᾅδης, *Pluto*: aut in αει, ut: ἀείδω, pro ᾄδω, *cano*. η mutatur in ηϊ, ut ληϊστὴς, pro λῃστὴς, *latro*: ω mutatur ωι, ut λωΐον, pro λῷον, *melius*.

4. Vocali auferenda, ut ἰδήσω, pro εἰδήσω, *ſciam*: ἡδέα pro ἡδεῖα, *dulcis*: δορί, pro δορεΐ derivato à δόρυι, in nominativo δόρυ, *haſta*. Adde his abjectionem augmenti temporalis, ut ἕλον, pro εἷλον *cepi*: ſic quoque ἄγον, pro ἦγον, *duxi*; ἐγρεγόρμην pro ἠγρεγόρμην.

III. *D*

III. *De Additione.*

1. Additio ad principium vocis appellatur πρόσθεσις, ab προστίθημι, *appono*. Sic Poëtæ ἀάχετος, pro ἄχετος, *intolerabilis*, ponunt: ἔην Ionice pro ἦν *eram*, aut *erat*: ἔην, pro ἦν, *eram*.

2. Additio in medio nominatur ἐπένθεσις, *interpoſitio*, ab ἐπεντίθημι, *interpono*, ex ἐπὶ, ἐν, & τίθημι. Hæc fit tribus modis. aut vocali inſerenda, ut: φαάνθην, pro φάνθην, aut ἐφάνθην, *apparui*: θέϊος, pro θεῖος, *divinus*: τεΐν, pro τὶν, aut σοὶ, *tibi*: ἠέλιος, pro ἥλιος, *ſol*; ubi ſpiritus aſper mutatur in tenuem dialecto Aeolica. ὁμοῖιος, pro ὅμοιος, *ſimilis*: πολιήτης, pro πολίτης, *civis*: κρήηνον, pro κρῆνον, *perfice*, à κραίνω, *perficio*: θόωκος, pro θῶκος, *ſedes*; ἐῆς, pro ἧς, *cujus*: βεβολήατο pro βεβλήατο, a βάλλω, *jacio*; πηδάω, pro πηδῶ, aut πηδάω, *ſalto*: ἀλαόμενοι, pro ἀλώμενοι, ex ἀλαόμενοι, ab ἀλάω, *erro*. Aut conſonâ interponendâ, ut: ἔσπω, pro ἔπω, *dico*: ἔσσαν, pro ἔσαν aut ἦσαν, *erant*. Denique ſyllaba, ut, ἰτητέον, pro ἰτέον, *eundum eſt*.

3. Additio ad finem vocis appellatur παραγωγὴ, a παράγω, *adjicio*. Hæc additio contingit, aut per vocalem, ut: ἠὲ, pro ἢ, *aut*: τιή, pro τί, *cur*: λαγῶο, pro λαγῶ, in genitivo, a λαγὼς, *lepus*. vel per ſyllabam, ut: βίηφι, pro βίη, *vi*: τυφθείησι, pro τυφθείη ſive τυφθῇ, *verberetur*. & ſic deinceps.

IV. *De Abjectione.*

1. Abjectio à principio vocis nuncupatur ἀφαίρεσις, *ablatio*, ab ἀφαιρέω, *aufero*. Vocalis aufertur à principio in λάβεν, pro ἔλαβεν, *accepit*: ἔρω, pro ἐρέω, *dicam*: νέρθε, pro ἔνερθε, *infra*. Conſonans in αἶα pro γαῖα, *terra*: φὶν, pro σφὶν, *ſibi*. Syllaba in δέχθαι, pro δεδέχθαι, ...

2. Abjectio in medio vocatur ſyncopè, *conciſio*, a συγκόπτω, *concido*. Hæc ſyncope fit quatuor modis. Primo vocalis abjicitur in δείδιμεν, pro δεδίαμεν, a δίω, *timeo*: κάτθανε, pro κατέθανε, *occubuit*: ἔπλετο, pro ἐπέλετο, *exſiſtebat*, à πέλομαι, *exſiſto*: γέντο, pro ἐγένετο, *exſtitit*: σεῦται, pro σεύεται, *promittit*: σεῦτο, pro ἐσσεύετο, *impellebatur*: ἔκταν, pro ἐκτάνεν, aor. 2. verbi εἴκω, *ſimilis ſum*: ἔγερτο, pro ἐγείρετο, *excitabatur*; ἔγρεο, pro ἔγειρε, *ſurge*: ἀγέρω, pro ἀγείρω, *congrego*; ἀγρόμενος, *congregatus*, pro ἀγειρόμενος, *coactus*: διακρινθεῖτε, pro διακρινθείητε, *ſeparemini*: ἔρυντο, pro ἐρύοντο, *liberati erant*, a ῥύω: ἐπέπιθμεν, pro ἐπεπίθειμεν, *obtemperavimus*; γεύμεθα, pro γευόμεθα, *guſtavimus*: ἄρχμενος, pro ἀρχόμενος, *incipiens*: ἄρμενος, pro ἀρμόμενος, *aptus*: ἐλούμεθα, pro ἐλουόμεθα, *lavamur*.

lavabamus. Secundo conſonans eliditur, ut: ἔριπτον, pro ἔῤῥιπτον, *jactabant*: φάρυξ, pro φάρυγξ, *guttur*: Tertio una ſyllaba, ut: ἔξαιτος pro ἐξαίρετος, *exquiſitus*: μώνυξ pro μονόνυξ, *ſolidas habens ungulas*, (ex μόνος, *ſolus*, & ὄνυξ, *unguis*, *ungula*) ubi ω abjectionem ſyllabæ longitudine ſua compenſat. Quarto duæ ſyllabæ, ut: κύντερος, pro κυνώτερος, *impudentior*; πέπρωται, pro πεπερώτωται, *decretum eſt*, a περόω, *decerno*, *determino*.

3. Abjectio à fine nominatur ἀποκοπὴ, *amputatio*, ab ἀποκόπτω, *amputo*. Hæc quoque contingit quatuor modis. Primo vocalis abjicitur, ut: ἄρ, pro ἄρα, *certe*: βασιλῆ, pro βασιλῆα, *regem*: γλῆν, pro γλήνη, *pupilla oculi*. Præpoſitiones, ut: ἀνὰ, παρὰ, κατὰ, ὑπὸ abjiciunt ſuam vocalem ante conſonantem. Secundo conſonans, ut: πάλι, pro πάλιν, *rurſus*. Tertio ſyllaba, ut: Ἀπόλλω, pro Ἀπόλλωνα, *Apollinem*: κρῖ, pro κρίθην, aut κριθὴ, *hordeum*: Quarto duæ ſyllabæ, ut: ῥᾶ, pro ῥᾴδιον, aut ῥᾳδίως, *facile*: ἄνα, pro ἀνάστηθι, *ſurge*. Tandem & à fine & à principio aufertur ſyllaba, ut: σάω, pro ἐσάωζε, *ſervabat*, aut pro σάωζε, *ſerva*.

V. *De tranſpoſitione litterarum.*

Tranſpoſitio literarum appellatur μετάθεσις, a μετατίθημι, *tranſpono*. Hæc figura à Poëtis reperta eſt tres præcipue ob rationes, aut ad vocalem producendam; ut: βάρδιστος, pro βράδιστος, *valde tardus*; ἔσσυμαι, pro σέσυμαι, *motus ſum*: ἔκπαγλος, pro ἔκπλαγ[illegible] *horrendus*; aut ad ſyllabam co[illegible] ripiendam, ut κραδίη, p[illegible] καρδία, *cor*: ἔπραθον, pro [illegible] ἔπερθον, *vaſtavi*: aut ad [illegible] barum numerum augend[illegible] minuendum, ut: δορὶ, pro δόρυος, *haſta*.

VI. *De permutatione litterarum, &c.*

1. Poëtæ declinationem declinatione, & conjugationem conjugatione permutant. E. G. dicunt ἀλκὶ, *vi*, in tertia declinatione pro ἀλκῇ, in prima: pro αἰνέω *laudo*, αἴνημι: pro στρέφω, στροφάω, *verto*; pro πέτομαι, πετάομαι, *volo*; pro πλέω, πλώω, *navigo*; ζώω, pro ζάω, *vivo*: ſic quoque invenitur γηρέω, & γηράω, *ſeneſco*.

2. Mutant terminatione[illegible] cis, dicentes: κεκλήγων, [illegible] pro κεκληγὼς, κεκληγότες, *ſonans*, *vociferatus*; & ὑπ[illegible] παραὶ, ἀπαὶ, pro ὑπὸ, [illegible] ſic deinceps.

3. Mutant diphthongum [illegible] thongo, ut: τραπείω, pro [illegible] πείω, a τραπῶ, aor. 2. ſubj. [illegible] τρέπω, *verto*; aut vocali, [illegible]

[illegible]

χέρεῖ, pro χερείονι, *deteriori*, ubi ι quoque è medio ejicitur; aut eadem conſonantem conſonante; ut: ἔγμεν pro ἔχμεν, ſeu ἐχέμεν vel ἔχειν, *habere*. Hæc mutatio literarum appellatur ἀντίθεσις, ab ἀντιτίθημι, *oppono, pono loco alterius*. In hac omni mutatione attenditur literarum affinitas & cognatio.

4. Nec tantum Grajorum vates litteras litteris, ſed etiam voces vocibus commutant, ut alia plane lingua, atque Oratores, loqui videantur. Pro κινέω enim apud illos invenias σίνω, *moveo*. Moſchop. p. 12. Heſi. Heinſ. Omnes Poëtæ, & Schol. pleni exemplis.

5. Novas denique ςυντάξεις excogitarunt, dicentes non tantum ᾧ ἔπι, pro ἐπὶ ᾧ, *ſuper quo*; ſed etiam μετὰ τοῖσδε, pro μετὰ τῶνδε, *cum illis*; ἄρχευ Ἀργείοισι, pro Ἀργείων, *impera Græcis*.

CAPUT QUARTUM.

De verſibus Græcis, eorumque accidentibus.

Hic agendum eſſet de pedibus, le metris, eorumque dimenſione, depoſitione, variiſque generibus; ſed quoniam Græci, à quibus Romani omnia hauſere, maximam partem ad eorum ſimilitudinem accedant, rogamus ic lectorem, ut, ſi tanti ſit, velit adire libellum de Poëſi Latina, quem Voſſianæ Medullæ ſubjecimus. Hic tantum obſervabimus, Græcos ſibi ipſis indulgere majorem quam Latinos licentiam cum in verſibus pangēdis, tum in quantitate litterarum, ut ſupra diximus, & multis aliis.

Numquam elidunt Græci vocalem, altera ſequente initio vocis alterius, per ſynalœpham, iſi adjungant ſignum apoſtrophi.

μ ab illis numquam eliditur cum vocali præedente, ut in Latina lingua: ſed ſi vocalis oſt μ ſequatur in fine vocis, abſorberi poteſt, t ἐμ' pro ἐμὲ, & ſic deinceps.

Quin nihil magis celebrant in ſcandendo, uam contractionem duarum ſyllabarum quaſi unam, quæ figura vocatur συνεκφώνησις, & νίζησις.

* Hephæſtio docet hanc contractionem fieri quatuor aut quinque diverſis modis: quoniam aliquando duæ longæ ſumuntur pro una (ut in dactylo ἢ οὐχ ἄλις). Secundo brevis & longa pro una longa (ut in dactylo πτολίων ἐπὶ). Tertio duæ breves pro una longa (ut in ſpondeo νέα μέν). Quarto duæ breves pro una brevi (ut in dactylo πολλὰ θεὸν). Poſtremo ſyllaba brevis & communis ſumitur pro unâ brevi, ut apud Homerum in hoc verſu:

Χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ, καὶ ἐλίσσετο πάντας Ἀχαιούς,
Aureo cum ſceptro veniebat, orabatque omnes Græcos.

Vetus interpres Hephæſtionis tradit hanc figuram adeo neceſſariam eſſe, ut verſus, qui correpti videantur, maximum ab hac figura recipiant ſplendorem.

Verſus Græcorum ſæpiſſimie ſine cæſura reperiuntur.

Verſus, qui *ſpondiaci* dicuntur, ſpondeum pro dactylo habentes quinto loco, multo Græcis quam Latinis ſunt uſitatiores.

Inveniuntur quoque verſus ἀκέφαλοι, & ſic vocantur, quia incipiunt à ſyllaba brevi pro longa, ut in hoc verſu Homeri:

Ἐπειδὴ νῆάς τε καὶ ἑλλήσποντον ἵκοντο.
Poſtquam venerant ad naves ſuas & Helleſpontum.

Ubi jambus ante ſpondeum ponitur: quamobrem ſunt, qui ſtatuerint principium verſus æque indifferens eſſe ac finem.

Habent quoque verſus mutilos, Græce μυούρους, q. d. *ſine caudâ*, quia germanam quantitatē in fine perdidere: ut in hoc verſu Poëtæ:

Τρῶες δ' ἐρρίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν,
Trojani pertimeſcebant, ſimulac viderant ſerpentem variam.

Sed interpres Hephæſtionis tradit ο hic produci vi accentus.

Sunt

Sunt etiam, qui putent ſpiritum aſperum eamdem vim habere, ut in hoc verſu:

ἕως ὁ ταῦθ' ὥρμαινε κατὰ φρένα, καὶ κατὰ θυμόν.
Dum hæc animo volvebat.

Ubi ἕως primo contrahitur in unam ſyllabam, dein ὁ producitur vi ſpiritus aſperi.
Quod etiam docuit Euſtathius, divinus ille interpres Homeri.

Habent quoque verſus, in quibus ſyllaba vel altera redundet, qui ὑπέρμετροι vocantur.

Tandem tanta eſt Grajorum vatibus indulta libertas, ut omnia ipſis licere videantur, cum Latini multis partibus ſint ſeveriores. Quod eleganti & arguto epigrammate ſuo docuit Martialis. Lib. IX. Epigr. 12.

Dicunt εἰαρινὸν tamen Poëtæ,
Sed Græci, quibus eſt nihil negatum,
Et quos Ἄρες Ἄρες decet ſonare:
Nobis non licet eſſe tam diſertis,
Qui Muſas colimus ſeveriores.

CAPUT QUINTUM.

De natura, & triplici ſpecie accentuum.

1. ***Quæ ſyllaba, & quanta notari debet accentu?***

1. Accentus gravis nuſquam ſcribitur, uod θρω & πος jamjam oſtendent. Sed in ontextu orationis acutus, vim ſuam retinens, ſſumit figuram gravis, ut ἀγαθὸς ἄνθρωπος. Iam in fine periodi manet ipſa acuti figu-

figura, ut ἄνθρωπος ἀγαθός.

2. Acutus requirit vel brevem, ut ὅς. ἵππος. vel longam, non contractam, ut ἄλς. παῖς. φιλήσω.

3. Quam ſyllabam circumflexus debet afficere, eâ naturâ longa eſt. Qualis in primis contracta, ut φῶς, *lumen*, ex φάος: & aphæreſin paſſa, ut ἦν ſive φῆν, pro ἔφην, *dicebam*.

1. Φώς, *vir*, acuitur, quia non contrahitur: etſi multa ex non contractis etiam circumflectere licet, ut ῥῆμα, *verbum*.
2. Aphæreſis facit circumflexum: ſed apocope acuit, ut χρή, *oportet*, pro [χρεών].

2. *Quot loca occupat accentus?*

1. Acutus tribus locis ſubſiſtere poteſt. In ultimâ ſyllabâ, unde vocabulum dicitur ὀξύτονον: in penultimâ, unde παροξύτονον: & in antepenultimâ, unde προπαροξύτονον.

2. Circumflexus duobus, in ultimâ, unde vocabulum περισπώμενον: & in penultimâ, unde προπερισπώμενον.

3. Sed gravis, non ſcriptus in ultimâ, facit βαρύτονον.

Sicut βαρύτονον junctum ex βαρὺς, εῖα, ὺ, *gravis*, *e*, & τόνος: ita ὀξύτονον fit ex ὀξὺς, εῖα, ύ, *acutus*, *a*, *um*, & τόνος, *tonus*, *accentus*, à præt. medio τέτονα, ex τείνω, *tendo*. Translatio petita à ſonitu fidium, quæ tendi debent, ut pulſatæ aures feriant.

Παροξύτονον fit ex παρὰ, *juxta*, & ὀξύτονον, cum ei acutus ponitur in penultima, locus eſt juxta cum quialias debet oxytono, h. e. proximus ultimæ ſyllabæ.

Προπαροξύτονον ex πρό, ante, & παροξύτονον, cum ei ſedes toni eſt ante ſedem παροξυτόνου, ſyllabarum deſignatur antepenultima.

Πε

Περισπώμενον, pro περισπώμενον, circumflexum, fit à περισπάω, ex περὶ, circum, & σπάω, *traho, flecto.* Ergo περισπώμενον erit, quod tonum gerit ante locum περισπωμένου.

3. *Quænam ſunt oxytona?*

1. Ultima brevis, ſi tonum habet, acuitur, ut θεός. Etiam ultima longa (*præcipue ſi non eſt longa ex contractione vel terminatione obliquorum*) ut cum primis fines participiorum in perfecto & aoriſtis, τυπῶν, τετυφὼς, τυφθεὶς, τυπείς.

2. Quinque imperativi in ε, εἰπέ. ἐλθέ. εὑρέ. ἰδέ. λαβέ. Differentiæ cauſſa: nam εἰπὲ eſt *dic:* ſed εἶπε, *dixit,* &c.

3. Omnes præpoſitiones, præter eas quæ accentu carent, ut: περὶ, παρὰ, ἀντὶ. Sed poſtpoſitæ ſuo caſui, aut pro verbis ſubſtantivis uſurpatæ accentum in primam retrahunt, ut: τούτων πέρι, pro περὶ τούτων. πάρα pro πάρεστι, *adeſt.*

* Διά præpoſitio ſemper retinet accentum: nam Δία, *Jovem,* eſt acc. à Δὶς, vel Ζεύς.

4. *Quæ paroxytona?*

1. Brevis ante finalem brevem acuitur. ut λόγος. μένε.

2. Ultima exiſtente longâ, acuitur penultima, ut λόγου. ἥρως. ἀνθρώπου. φιλέω. Adde aor. in ας, ut φιλήσας.

* Excipe Attica, ut Μενέλεως, λίξεως. Et genitivos Ionicos, ut τοῦ Αἰνείεω. Hic ex Tab. tertiâ p. 270. 271, & 272. diſcantur regulæ quædam neceſſariæ, quæ docent quanta ſit ultima.

5. *Quæ proparoxytona ?*

1. In polyſyllabis ultima exiſtente brevi, acuitur antepenultima : ut ἄνθρωπος. ἐφίλειν. τύπτομαι, τυπτόμενος.

* Excipe primo participia præteriti paſſivi ; verbalia in τέος ; item compoſita è nomine & præterito medio active ſumta, ut τετυμμένος, λεκτέος, μητροκτόνος, matricida ; nam μητρόκτονος, à matre occiſus, paſſive capitur.

2. Diminutiva in ισκος, ιλος ; ut νεανίσκος, ναυτίλος : & alia quædam, ut οὐρανίζω, οὐρανόθι, οὐρανόθεν, ἐναντίος, ἀθρόος, &c.

6. *Quæ Periſpómena ?*

1. Nomina, quæ in Nominativo primæ & ſecundæ declinationis ſunt Oxytona, fiunt in genitivo & dativo ſingularis, dualis & pluralis numeri Periſpomena : ut ποιητὴς, -τοῦ, -τῇ. -ταῖν, τῶν, ταῖς. θησαυρὸς, οῦ, ῷ.

Idem judicandum de genitivo duali & plurali in tertia declinatione diſſyllabo : ut φρενοῖν, φρενῶν. Sic triſyllabum γυναικοῖν, γυναικῶν : & θυγατροῖν, θυγατρῶν, per ſyncopen pro θυγατέροιν, &c.

* Excipe Genitivum Atticum, ut νεώς, τοῦ νεώ. Sed in Dativo omnis numeri, item genitivo duali & plurali ſequitur regulam, ut τῷ νεῷ. τοῖν νεῷν. τῶν νεῶν. τοῖς νεῷς.

2. Genitivus in primâ plurali circumflectit ultimam : ut μοῦσα, τῶν μουσῶν. ἀλήθεια, τῶν ἀληθειῶν. τύπτουσα, τυπτουσῶν.

* 1. Feminina tamen adjectivorum derivata à nominibus in ος ſecundæ, manent paroxytona. ut ἁγίων ex ἅγιος.

2. Etiam χλούνης aper, χρήστης fenerator, ἐτησίας ventus quidam anniverſarius, faciunt χλούνων, χρήστων, ἐτησίων. Alii addunt ἀφύων ab ἀφύη, apua.

3. Diph-

3. *Diphthongi* finales ου & ευ, ſi tonum ſcriptum habeant, circumflectuntur: ut ὑδαμοῦ, βασιλεῦ, φεῦ. Excipe oxytona, ἰδού, *ecce*: ἰού ἰού, *hei*.

4. Verborum Futura ſecunda, Aoriſti ſecundi Infinitivi activi: ut τυπῶ, εῖς, εῖ: τυπεῖν. Secunda perſona in Aor. 2. imperativi medii: ut τυποῦ. Item Aoriſti paſſivi, τυφθῶ, τυπῶ: & præſens atque imperfectum ſubjunctivi verborum in μι, τιθῶ, διδῶ.

* Τυπών eſt aor. 2. partic. ſed τυπῶν fut. 2.

Ab imperativi autem Medii aor. 2. tria excipiuntur, ſc. ἀφίκου, veni, ab ἀφικνέομαι: τρέπου, verte, a τρέπομαι; & ἐπιλάθου, obliviſcere, ab ἐπιλανθάνομαι.

7. *Quæ properiſpomena?*

1. Ultima exiſtente brevi vel poſitione tantum longâ, penultima naturâ longa tonum habens circumflectitur: ut σῶμα, *corpus*: κλῆσις, οἶκος, αὖλαξ.

* Paroxytona tamen ſunt compoſita ex particulis monoſyllabis, εἴθε, ὥστε, ὥσπερ, εἴπερ, καίπερ, & ſimilia. Cum enim plerumque ultima ſit enclitica, illa accentum naturalem, non mutat.

8. *Quantæ diphthongi* αι, *&* οι *in accentuum ratione?*

ΑΙ & ΟΙ finales accentuum ratione, nullâ ſequente conſonâ, extra Optativum habentur breves, ut μοῦσαι, ἄνθρωποι. Sequente enim conſonâ ſcribes μούσαις, ἀνθρώποις.

Hinc Aoriſtus primus Infinitivi activi, uterque aor. & perfectum inf. paſſivi (cum penultima eſt naturâ longa) fiunt properiſpomena; ut φιλῆσαι, *amaviſſe*: τυφθῆναι, τυπῆναι. Aoriſtus

ſtus autem polyſyllabus imperativi, & Infinitivi Medii eſt proparoxytonos; ut φίλησαι, *ama*, φιλήσασθαι, *amâſſe*.

Contra αι & οι in Optativo, producuntur, ut φιλήσαι, φιλήσοι, *amaverit*. Item Perfecta infinitivorum & Aoriſti, cum penultima eſt brevis vel tantum poſitione longa, ſunt paroxytona, ut πεποιθέναι, τετύφθαι, τύψαι.

9. *Quæ ſunt Regulæ de ſede accentuum in flexione, derivatione, contractione & motione?*

1. Accentus in declinando, conjugando, derivando, pleriſq; contractionibus & motionibus manet idem, & in eâdem ſyllabâ, *niſi natura accentuum impedimento fuerit*. ex. gr. λόγος. λόγου. λόγῳ. σοφός, σοφή, σοφόν.

1. Sic & ταχύς, ταχίας. Verum in feminino ſcribes ταχεῖα, ταχεῖαι, per Reg. generalem VII. ταχειῶν, per VI. ταχείαις, ταχείας, per IV.

Sed Adjectiva feminina è maſculinis iſoſyllabis orta habent in Nom. & Vocativo *plurali* eandem accentus ſedem ac Maſculina, ut ἅγιοι, ἅγιαι, ἅγια, quia αι in fine habetur pro brevi: ſicuti contra femininum ſingulare α producitur, ut ἅγιος, ἁγία per n. I. Tab. III.

2. Τύπτω, τύπτεις, τύπτει. φιλέω, φιλέεις, φιλέει. φιλῶ. φιλεῖς, φιλεῖ. Unde F. 2 τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ, τυποῦμεν, &c. accentum ſervat in ſyllaba ſuæ characteriſticæ.

3. Ἐκεῖνως, *ſic*, derivat accentum ab gen. ἐκείνων: σοφῶς, *ſapienter*, ἀπὸ τοῦ σοφῶν.

4. In pleriſque contractionibus idem fit. NE in Δημοσθένεος acuitur, ergo quoque in Δημοσθένους. Item φι in φίλεε, φίλει. In plurali autem poſt literam, quæ præſentis characteriſticam comitatur, ſervatur locus accentus, ut λε, λε, &c. ſed ſpecies mutatur, quia φιλέομεν eſt proparaxytonon per Reg. Gener. V. φιλοῦμεν, contractè properiſpomenon per Reg. VII.

Sed metallica quædam, & alia nonnulla proparoxytona in εος fiunt poſt contractionem per ſingularem anomaliam periſpomena, ut χρύσεος, χρυσοῦς, *aureus*:

aureus: χρυσέα, ᾶ: χρύσεον, χρυσοῦν: λίνεος, λινοῦς, lineus: λινέη, ῆ: λίνεον, λινοῦν: ἀδελφιδέος, ἀδελφιδοῦς, *fratris filius.*

E contrario compoſita circumflexum à fine tollant: ut δίμνοος, *valens duas minas*, a μνᾶ, *mina*: καλλίῤῥους, *pulchre fluens*, ex καλλίῤῥοος, etſi ſimplex ῥόος, ῥοῦς, *fluxus*. Sed ἄθροος, ἄθρους, penitus anomalum.

2. Omnes ſyllabæ contractæ, tonum recipientes, habent circumflexum, ut φιλῶ, φιλοῦμεν, φιλοῖμι: *niſi natura circumflexi repugnet, ut in* φιλοίμην, φιλούμεθα.

Exceptio 1. Contractio, quæ fit ex gravi præcedente & acuto ſequente habet acutum. ut ἑσταώς, ἑστώς.

2. Acuuntur & duales in ω contracti: ut νὼ ex νόω, *duæ mentes*. & νὼ ex νῶϊ, *nos duo*.

3. De acc. nominum in ὼ & ὼς vide p. 49. 50.

3. Genitivi & dativi tertiæ declinationis diſſyllabi non contracti accentum ſortiuntur in *ultima*: Nominativus, accuſativus & vocativus in *priori*: ut χειρὸς, χειρὶ, χεῖρα. χεῖρε, χεροῖν. χεῖρες, χειρῶν, χερσὶ, χεῖρας à χείρ, *manus*.

Tales & obliqui diſſyllabi ac triſyllabi per ſyncopen formati; ut ἀνήρ, ἀνέρος, ἀνδρὸς: μητρὸς ex μητέρος: θυγατρὸς, θυγατρὶ, θυγατροῖν, θυγατρῶν, ex θυγατέρος, θυγατέρι, &c. Nominativi autem, acc. & voc. ſunt ἀνέρες, ἄνδρες: θυγατέρες, θύγατρες: ἀνέρας, ἄνδρας: θυγατέρας, θύγατρας.

Huc & anomalum trahe γυνή, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, γύναι. Plur. γυναῖκες, γυναικῶν, γυναιξὶ, γυναῖκας.

1. Par-

Digitized by Google

1. Participia excipiuntur: ut θεὶς, θέντος: ὢν, ὄντος. Quibus adde genitivos plurales τῶν δᾳίδων, δμώων, κρητῶν, λάων, παίδων, τρώων, φώτων, ὤτων. Item πάντων, & πᾶσι.

2. Τίς, τίνος; τίνι, τίνα, interrogativum ubique fit βαρύτονον. Τὶς vero indefinitum oxytonon, ut τινὸς, τινὶ, τινά.

10. *Quæ ſedes accentuum in compoſitione?*

1. Compoſita accentum retrahunt in ſyllabam anteriorem: vel penultimam, ut δὸς, ἀπόδος: θὲς, ἐπίθες. ſive antepenultimam, ut φιλόσοφος, (per Reg. v.) a σοφὸς: κατάκειμαι a κεῖμαι. In primis ex particulis α, ευ, δι, δυς, σὺν, ὑπὸ, ἀντὶ, & ſimilibus: ut ἄσοφος, δίψυχος, ex δὶς & ψυχή: περίεργος, ex περὶ & ἔργον.

2. Quinque retinent accentum ſimplicis. Primo ſyllaba verbi ſimplicis circumflexa: ſive contracta, (ut θλῶ, θλᾷς, a θλάω: συνθλῶ, συνθλᾷς: θλᾶτε, συνθλᾶτε.) ſive non contracta, ut ſτελῶ, ſτελοῦμαι, ἀποστελῶ, ἀποστελοῦμαι.

* Id quod imitatur præpoſitio monoſyllaba, προσοῦ *admitte*, προοῦ *præmitte*: nam diſſyllaba retrahit accentum, teſte Etymologo: ut ἄφες *dimitte*, ab ἀπὸ. κάθες *demitte*, a κατὰ.

Secundo προπερισπωμένη in aoriſtis & præteritis diſſyllabis: ut εἶχον, κατεῖχον. ἦλθον, συνῆλθον. εἶκα, ἀφεῖκα. præter οἶδα, σύνοιδα.

Tertio Præt. & Aoriſti cum infinitivi, tum participiorum: ut δεδόσθαι, παραδεδόσθαι. βάς, ἀναβάς. τραπεῖν, ἐπιτραπεῖν. τραπείς, ἐπιτραπείς.

Quarto Optativi & Subj. verborum in μι: ut τιθῶ, τιθῇς, προστιθῶ, προσθῶ, ῇς. θείμην, θεῖο, ἀποθείμην, ἀποθεῖο, quamvis Optativus Medius ſit ἀποθοίμην, ἀπόθοιο. Imo ſubjunctivus

vus

Digitized by Google

vus medius eſt indifferens: ἀποθῶμαι, ἀποθῇ, ἀποθῆται, & ἀπόθωμαι, ἀπόθῃ, ἀπόθηται. προῶμαι & πρόωμαι.

Poſtremo εἰμὶ extra præſens & imperativum, ut ἦν, παρῆν, *eram*, *aderam*. ἔσαι, παρέσαι, *erit*, *aderit*. Nam in præſenti fit πάρεστι, imperativo πάρεστι.

1. Verbalia in τὴς, quorum verbum compoſitum eſt uſitatum (contra n. 1. hujus regulæ) ſunt oxytona: ut εὐλογητὴς, *benedictus*, ab εὐλογέω. Item κὸς: ut θεολογικὸς, & compoſita cum ἔργον ſubſtantive ſumta, ut συνεργὸς, *ſocius operis*, medearbeider.

2. De omnibus ex regulis conſtare non poteſt: quibus quando amplior eſt exceptionum numerus, aquam cribro haurias, ſi omnia ex canonibus haurire poſtules. Nominativi accentum in primis attendes. Uſus, Lectio, & Lexica inſpecta dubitanti magna ferent commoda: quod ſi longior hæc mora videtur, inſpiciantur Tabulæ Oxytonorum, Paroxytonorum, Proparoxytonorum, Periſpomenôn & Properiſpomenôn: quas dedit φιλοπονία Cl. Welleri Gramm. Gr. 71. 72. & ſeqq. item viri Cl. Philippi Munckeri Introd. in Gr. Gramm. quam ſuæ ſubjecit Pandæſiæ.

CAPUT SEXTUM.

De Atonis & Encliticis.

I. *Quænam* ἄτονα *ſunt Græcis?*

Quæ accentu plane carent: ut ὁ, ἡ. οἱ, αἱ. οὐ, οὐκ, οὐχ. ὡς. εἰ. ἐν. εἰς, ἐς. ἐκ, ἐξ. Extra hæc quatuordecim omnis vox naturâ eſt ἔντονος, ex accidente vero ἄτονος propter encliticam.

1. Ἄτονος, *tono deſtitutus*, ex α privativo, & τόνος, de quo ſupra. Μονότονος, *una accentu præditus*, ex μόνος *ſolus* & τόνος.

Digitized by Google

& τόνος, *accentus*: ſicut διτόνος, *gemino accentu inſignitus*, δὶς *bis*, & τόνος.

2. Οὐ ſententiam claudens acuitur, ut ἀπεκρίθη Ζαυ οὔ. Job. 21, 5. Etiam ἐξ in fine verſus: & ὥς, *ſicuti*, ut πέλεκυς ὥς, *ſicut ſecuris*.

Ὣς *tamen*, pro ὅμως: & ὥς *ſic*, pro τῶς vel οὕτως, ſemper & ubique acuuntur.

2. Quæ dicitur ἐγκλιτικὴ, vox encli-tica?

Enclitica eſt vox alteram ſuo accentu inclinans, vel afficiens: ἀπὸ τοῦ ἐγκλίνειν, *inclinare, inflectere*.

Iſtiuſmodi ex articulo & pronominibus τοῦ, τέο, τῷ, *alicujus, alicui*: & τὶς, τὶ, τινὸς, *aliquis*, per omnes caſus & numeros. μοῦ, μοι, με. σοῦ, σοι, σε. οὗ, οἷ, ἕ. σφὲ, σφῶ, σφῶε. σφισι, σφεας; vel σφίσι, σφέας.

Ex verbis εἰμὶ & φημὶ in toto præſenti indicativo, excepta ſecunda ſingulari.

Ex adverbiis indefinitè poſitis πως, πω, πη, πῦ. ποθεν, ποθὲ, ποτε, & ſimilia.

Ex conjunctionibus γε, κε, τε. θεν, θην. νυ, περ, ῥα, τοι, & ſimiles.

1. Enclitica per ſe eſt μονότονος, ut μοῦ, μοί, μέ. Sed per accidens fit ἄτονος, ut μου, μοι, με. Cur & quando, paullo poſt videbis.

2. Tertia perſona Dual. σφω eſt enclitica, non ſecunda.

3. Indefinita ſignificatio articulum, pronomen unum, & multa adverbia facit encliticas. ex gr. τοῦ, τῷ, *hujus, huic*: τίνος; Interrogative *quis? cujus?* πῶς; *quomodo?* ποῦ; *ubi?* & his ſimilia non poſſunt ſibi aſciſcere nomen encliticarum, ſi ſenſu mutato ponantur indefinite, τοῦ, τῷ, pro *alicujus, alicui*. τὶς, *aliquis*. πως, *quomodo, quodammodo*, ſine interrogatione. Et ſic deinceps.

3. Quando Enclitica TRANSFERT accentum in vocem præcedentem?

1. Enclitica qualiſcumque poſt vocabulum

pro-

proparoxytonon (excepto ἕνεκα) poſt properiſpomenon carens poſitione, & monoſyllabum per ſe atonum, transfert accentum ſuum in illud: ut ἄνθρωπός τις, *homo aliquis*. πρᾶός εἰμι, *manſuetus ſum*. εἴ τινες, *ſi qui*.

2. Transfertur quoque accentus, quando plures encliticæ immediatè ſe invicem ſequuntur (quæ dicuntur *ſynencliticæ*) ut ἄνθρωπός τις πολέμοί φησί σε. Excipe emphaſin cum euphonia, ut τοῦτό μου ἐστὶ τὸ σῶμα, *hoc eſt meum corpus*.

Numquam ſcribitur ἕνεκά σου, ... κύριός ἐστ: quia ἕνεκα habet ...im & naturam præpoſitionis. ...æpoſitionis autem hoc pro...tium eſt, ut nolit inclinari ac...ntu ejus, quod à ſe regitur. Scribe ergo ἕνεκα σοῦ, *tui er...*: ut κατὰ μὲ, ἢ σὲ, *ſecundum ...e vel te*, ubi nec ipſum ἢ tollit ...centum pronominis. ἀντὶ ἐμοῦ καὶ σοῦ, *contra me & te*. Sic Steph. invenit in MSS.

2. Cum enclitica ſuum accentum rejicit in encliticam: non neceſſario eadem ſpecies tranſit in præcedentem, ſed tantum locus in locum ſuccedit. ut Σῶμά μοῦ τινα σώζειν δύναται. non σῶμά μου, quia circumflexus reſpuit brevem.

4. *Quando igitur Enclitica RETINET accentum?*

Enclitica accentum retinet ſex ob cauſſas. ...Enclitica diſſyllaba collocanda poſt paroxy...tonon, ut λόγος ἐστί.

2. Enclitica qualiſcumque poſt properiſpo...menon, ultimam poſitione longam habens. ut ...κλῖμαξ μοῦ, *ſcala mea*. ἰσῆλιξ ἐστί. *æqualis eſt*.

3. Poſt præpoſitionem, ut περὶ σοῦ.

4. Propter emphaſin retinet, ut οὐδὲ εἰς Καίσαρα ...τι ἥμαρτον, *neque in Cæſarem QUICQUAM ...ccavi*, vel *minimum quoddam*. Act. XXVIII.

5. Propter euphoniam, μή τις με δόξῃ ἄφρονα εἶναι. 2. Cor. XI.

6. Initio periodorum, commatum, aut colorum. Σοὶ δώσω; *tibi dabo*. Νεανίσκε, σοὶ λέγω, ἐγέρθητι. Luc. XIV.

5. *Quot locis poſita enclitica AMITTIT accentum?*

Tribus: 1. Monoſyllaba poſt paroxytonon, ut ἄνδρα σου.

2. Qualiſcumque poſt oxytonon, quo caſu figura gravis mutatur in figuram acuti, ut ἀνήρ τις, non ἀνὴρ τις.

3. Qualiſcumque poſt periſpomenon, ut ἀγαπᾷς με: ὁρῶ τινας.

Contra Doctor Pariſ. putat encliticam diſſyllabam retinere tonum poſt periſpomenon, ut ἐμῷ φησὶ, ὁρῶ τινάς. quia tres graves non poſſunt in vicem ſequi, cum circumflexus gravem in ſe contineat. Sed circumflexus ῀ vel ^ tantum aſſumit ex una parte figuram gravis, non vim & naturam: quia enim vim acuti quoque includit, & primario, attollitur, dum autem ſyllaba attollitur, non poteſt deprimi, niſi quis forte diſtinctis momentis, Muſico more cantillans, modo eandem ſyllabam deprimat, repente elevet. Sed in accentibus, h. e. ſomniis Grammaticorum, de quibus in Præfatione noſtra, ut legibus illorum abroges ſine cauſſa, rationem velle adhibere eſt rationem velle facere ludum jocumque.

Si quis tamen cum eodem Doctore p. 546, 547. In encliticâ longâ poſt paroxytonon velit retineri accentum, ut ἄνδρα σοί non valde repugnabo. Sed argumento illius haud magnope[re] confidam, quo adductus neg[at] genium Græcæ linguæ permitt[ere] ut ultima duarum gravium pro[-]ducatur: hoc enim à vero abludere docent Attica & Ionica, λέ[-]ξεαις, πηληϊάδεω & ſimilia: Cum igitur enclitica jungi amet cum altera voce, quæ hanc præcurrit, ceu pars illius, tuto ſcribes ἄνδρα σοι. λόγος μου. Nec magis ultima præcedentis naturâ longa argu[it] contrarium, cum ἄνδρώπε μ[ου] ſcribatur, ut τύπτω σε, ubi ulti[-]ma in τύπτω propter ſui produ[-]ctionem non vetat tolli poſt ſe accentum. At quatuor, inquit, vo[-]cis deductæ tonos continenti or[-]dine nuſquam reperias, neq[ue] apud Græcos, neque Latinos. Ergo Mathematica in partes vo[-]canda eſt, quæ ſuadet, ut uni lon[-]gæ tribuamus duos graves accen[-]tus, ita ut πᾶ valeat πὰὰ.

.. μῦ. *Memiſtaris* inſignis *εἰς* ... Vir Doctiſſimus p. 127. Gr. Meth. docuerat accen... non eſſe confundendum ... quantitate: Unde ſi ſuo in... fundamento ſibi conſtare ...oluiſſet, uni longæ duo brevia ...mpora aſſignare debuerat, non ...os graves tonos, ... enim tan...dem ac ... Hinc igitur diſco, ... & operam perdi, ſi ex ... figmentis inanibus ſo... velimus deducere concluſio... Hac adeo ex re miror in... etiam viros judicii & conſilii plenos ex una ſententia delabi mox in contrarium, ut modo negent *duos acutos continenter collocari*, modo affirment ſcribendum ... Nulla propterea ratio, ducta ab ipſorum accentuum eſſentia, quæ conſiſtere deberet in indiviſibili, jubet exarari ... ſed uſus quidam inveteratus, quem non male auctoritatibus MSS. approbavit Magiſter Gallorum p. 550, 551. Perperam enim ... Vide ſ. Quæſt. 6.

6. *Quando* ἐςὶ *ſit paroxytonon?*

1. Initio orationis, ut: ἐςὶν ἄνθρωπος.
2. In declarando & exponendo. ὁ ἀγρὸς ... ὁ κόσμος, *ager eſt mundus*, vel *ſignificat* ...*dum*.
3. Poſt illa ſex, ὡς, ὐκ, καὶ, εἰ, & ἀλλὰ, ... apoſtropho. ut ὡς ἔςι, *ſicut eſt*. Τῦτ' ἔςι, ... *hoc eſt*.

* Si plene ſcribas, fuerit τῦτό ἐςι.

FINIS LIBRI SEPTIMI.

Digitized by Google

LIBER OCTAVUS,

De Dialectis.

CAPUT PRIMUM

De Dialecto Atticâ.

1. *Quot ſunt Dialecti, ſeu peculiares li… quæ Græcorum?*

Quot populi, quot urbes Grajorum, … ferme Dialecti. Quatuor vero præcipu… Attica, Ionica, Dorica, & Æolica. Ex … lis fere quatuor, in primis Atticâ, conflata … Communis Dialectus.

1. De Strabone diſcas duas eſſe primarias Dialectos, Ionicam & Doricam. Ut enim Αἰολὶς in multis reſpondet τῇ Δωρίδι: ſic Ἰὰς Ἀττίδι, cum Iŏnum coloniæ ex Atticâ miſſæ in Aſiam exierint.

2. Homerus te cum omnibus loqui Grajorum populis docebit, quorum terras peragravit. Theocritus in carmine, Archimédes in proſa δωρίζει. τὴν αἰολίδα vides in Fragmentis Alcæi & Sapphonis. Herodoti & Hippocratis rivi mel manant Ionicum: atque ex Poëtis Heſiodi, Theogn… aliorum. Quod ſi quis At… amet linguam, in qua & … mnis eloquentiæ, & … neres incredibiles: ex … tæ orationis ſcriptoribus … res ſibi reddat Luciani Di… & Iſocratis orationes, … nophontis hiſtoriam; ſec… hos Platonis, Demoſthenis … rum ſcripta; ex Poëtis Eu… vel potius Ariſtophanem … eſt Græcorum Plautus vel … rentius.

6. A…

3. Angelus Caninius ad Communem Dialectum illa duntaxat refert, quæ nulli variationi obnoxia, ut ἄγ⁊Ⓢ, λίθος, &c. ſed contradicitur illi ab H. Steph. Paralip. p. 37. In Novi enim Fœderis inſtrumento, cujus auctores τῇ Κοινῇ delectatos fuiſſe ſtatuit, ab Ionibus, et Atticis poſitum invenias πεποίηκαν pro πεποιήκασιν: apud LXX vero à Bœotiis ἴνοσαν, ἤλθοσαν, pro ἦσαν, ἦλθον.

4. Nos paucorum capitum faſciculo præcipua conſtringemus eorum, quæ ſparſim & ἀκαταστάτως tradita invenias eruditiſſimo illo Caninii Alphabeto.

2. *Quæ ſunt proprietates Dialecti Atticæ?*

1. Attici amant contractiones. τείχους, φιλῶ *Atticè, Communiter,* pro τείχεος, φιλέω. μείζους, Atticum, ex Ionico μείζοες, μείζοας, pro communi μείζονες, μείζονας. p. 46, 47.

1. Nonnumquam tamen contra fit: ut, cum Atticus inquit, δίομαι. τοὺς βασιλέας potius quam βασιλεῖς.
2. ΕΩΣ ab ΕΥΣ puro in ΟΥΣ, ΕΑ in Α contrahitur, ſicut ΕΙ in ΕΙ, ut χοεύς, *congius*, τοῦ χοέως, χοῶς. τῷ χοεῖ, χοεῖ. τὸν χοέα, χοᾶ.
3. Antiqui Attici pro εῖς amant ῆς. Imo Thuc. ἱππῆς pro ἱππεῖς, ab ἱππεύς, *eques*.

2. In unum conglutinant diverſa per ſynalœphiam, vel ſine apoſtropho, ut ἐμουδόκει, *mihi videbatur* (pro ἐμοὶ ἐδόκει) τὤλγεος pro τοῦ ἄλγεος, *doloris*: vel cum apoſtropho, ut τἀμὰ, *mea*, pro τὰ ἐμά. τοὔμπαλιν, *contra*, pro τὸ ἔμπαλιν. Vide ſupra p. 13, 14.

Quin & Ionicum τοὐλάχιστον, *minimum*, pro τὸ ἐλάχιστον. Dorica κἤφα, *inquit*, pro καὶ ἔφη, ὠ 'πόλος *caprarius*, pro ὁ αἰπόλος.

3. Mutant σ in ξ, ρ, vel τ. ut ξυνετὸς, *intelligens*, pro συνετός. θαῤῥεῖν, pro θαρσεῖν, *fidere*, quamquam vetus Attica σ laudet. τήμερον, pro σήμερον, *hodie*. θάλαττα, pro θάλασσα, *mare*.

mare. In paſſivis præteritis contra σ pro ρ volunt, ut μεμάρασμαι, pro μεμαράμμαι. p. 135.

4. O in ω. λεώς, pro λαὸς, *populus.* Vide p. 49. ὄφεως, βασιλέως, *ſerpentis*, *regis*, Att. Comm. pro ὄφιος, βασιλέος.

5. ουν ipſis adjectio ſyllabica. οὔμενουν, *imo verò*, *minime.* οὔκουν, *non*; nam οὐκοῦν circumflexum valet *igitur.* Sic ὁτιοῦν, *quodcumque* ὁντινοῦν, pro ὅντινα, &c.

Item γε, ut ἔγωγε, ἔμοιγε, ἔμεγε, *ego mihi*, *me.* σύγε, *tu*, γε per omnes caſus. Et θεν apud Poëtas Atticos, ut ἐμέθεν, ἐμέθεν *mei*, pro Ionico ἐμέο. σέοθεν, σέθεν, *tui.* ἕθεν ἕθεν, *ſui.*

6. Pronominibus quibuſdam & adverbiis ι fine adjicitur. ut ἐκεινοσὶ, οὑτοσὶ, *ille*, pro ἐκεῖνος οὗτος. τουτουὶ, *illius*, pro τούτου. τουτονὶ, *illum.* τουτὶ, *illud.* ταυτὶ, pro ταῦτα, *illa.* ὁδὶ, ἡδὶ, τοδὶ, pro ὅδε, ἥδε, τόδε, *hic*, *hæc*, *hoc.* οὑτωσὶ, *taliter*, pro οὕτως. νυνὶ, *nunc*, pro νῦν. νυνδὶ pro νῦν δέ. οὐχὶ, *non*, pro οὐκ.

7. Ὅτων, *quorumcumque*, (ubi Iones ὅτεων pro communi ὧντινων, ab ὅστις, *quicumque.* ἅττα *quæcumque*, Att. pro ἅτινα. nam ἄσσα, ſpiritu leni ponitur pro τινὰ, *quædam.*

8. Pluſquamperfectum conjugaturi ει mutant in ε, ut ἐπεπύφεσαν, vel πεπύφεσαν, pro ἐπεπύφεισαν: quomodo & πλέων, pro πλείων *major*, *copioſior.* In ſingulari ἐπετύφη dicunt *verberaveram*, *verberaverat*, ex Ionico ἐπετύφεα, ἐπετύφεε, pro ἐτετύφειν, ἐτετύφει. D fut

futuris vide ſis. p. 91. & de Augmentis Att. p. 82, 83.

Ex -έτωσαν, -άτωσαν in Imperativis faciunt -όντων, -άντων. ut τυπτόντων, pro τυπτέτωσαν, *verberanto illi*. τυψάντων pro τυψάτωσαν. Ex -ωσαν in paſſivo & med. -ων, ut τυπτέσθων pro τυπτέσθωσαν, τυψάσθων pro τυψάσθωσαν.

In aor. 1. act. Opt. ut Æoles utuntur τύψεια, τύψειας, τύψειε, -ειαμεν, &c. per omnes perſonas: ita Attici tantum ſecundam ac tertiam ſingularem, & tertiam pluralem ſibi vindicant. ut τύψειας, τύψειε, τύψειαν. pro τύψαις, τύψαι, τύψαιεν.

Ex μι poſt ſyllabam contractam faciunt ην, ut φιλοίην, χρυσοίην, ης, η, &c. ex φιλοῖμι, χρυσοῖμι, οις, οι. Dores vero inſuper οι mutant in ω, ut χρυσῴην: unde βοῴην (in quo ῳ eſt ipſa contractio) eſt Atticum & Doricum. δῴην pro δοίην.

Τιθέασι pro τιθεῖσι, &c. vide p. 150.

* Omnia ſi quis velit huc ſpectantia, integro Tractatu explicata eſſe cogitet ab H. Steph. Phraſes & idiotiſmos Atticos ſatius diſcere ex ipſis ſcriptoribus. Specimina egregia in Clariſſimi ac Celeberr. Grævii eruditiſſimo Commentario ad Luciani Solociſtam.

CAPUT SECUNDUM.

De Dialecto Ionicâ.

1. *Quid faciunt Iones?*

1. Iônes, Atticis contrarii, ſyllabas reſolvunt:

ſolvunt: ut τείχεος, φιλέω. Νόος, *mens*, Ion. ſed Attice νοῦς.

Ut ergo ex una ſyllaba duæ fiant: primo vocalem inſerunt medio; ut ἀδελφειὸς, *frater*, εὐμαρέες, *facile*: præcipue ante longas obliqui pronominis οὗτος & αὐτὸς, ut τουτέου, &c. Unde in genitivis primæ declinationis εω pro ου, εων pro ων ponitur: in acc. plur. εας pro ας; εε pro ει in pronominibus: ut τοῦ αἰνείεω pro αἰνείου, τοῦ ποιητέω, τῶν ποιητέων, τῶν μουσέων pro μουσῶν, τὰς αἰνείεας, pro αἰνείας, ἡμέες pro ἡμεῖς, (θέῃς, στέῃς, pro θῇς, στῇς, a τίθημι, ἵστημι). Imo ε ante vocales longas & diphthongos aor. & fut. fere ſemper interponunt: ut τυπτέω, τυπτέεις, τυπτέειν. Hinc & αι pro α longo, & αιη pro η: ut ἄεθλος *certamen*, pro ἆθλος, ἀναγκαίη pro ἀνάγκη, *neceſſitas*.

Deinde diphthongos reſolventes brevem vel ancipitem mutant in longam: ει & α in ηι: ut ἀληθηΐη pro ἀλήθεια, *veritas*, ῥηΐδιος pro ῥᾴδιος *facilis*: αυ in ωυ: θῶυμα pro θαῦμα, *miraculum*: præcipue in pronomine αὐτὸς, ejuſque compoſitis: ut ὡὐτὸς, ὠυτὸς, *ipſe*, τὠυτέου pro τοῦ αὐτοῦ, &c. Interdum contra longam in brevem: unde ἀοιδὴ pro ᾠδὴ, *ode*, *hymnus*.

2. Elidunt conſonam in medio vocis: ut τοῦ κρέαος, *carnis*, pro κρέατος. Hinc pro communi ponunt εαι ex veteri εσαι, ſed in ſubj ηαι ex ησαι: in ſecunda ſingulari paſſiva & media pro ου, ει, ex veteri εσο: pro ω, αο ex ασο.

1. Τύπτεσαι	prisce	1 Τύπτεαι	Ion.	1 Τύπτῃ, *verberaris*,	comm.
2. Τύπτησαι		2 Τύπτηαι,		2. Τύπτῃ *verbereris*,	
3. Ἐτύπτεσο		3 Ἐτύπτεο		3. Ἐτύπτου, *verberabaris*	
4. Τύπτεσο		4 Τύπτεο		4. Τύπτου, *verberator tu*	
5 Ἐτύψασο		5 Ἐτύψαο		5 Ἐτύψω, *verberaſti*.	med.
6. Τυψέεσαι,		6. Τυψέεαι,		6. Τυψῇ, *verberabis*, f. 2.	

3. Non-

3. Nonnumquam tamen utuntur Contractionibus: ut κρέα apud Herod. pro κρέαα, *carnes*. Hinc εο & ου mutant in ευ: ut πλεῦν, *plus*, pro πλέον, οὖν (nam τὸ πλεῖν eſt Atticum): πλεῦνες, pro πλέονες, *plures*: ποιεῦσι, *faciunt*. Hinc apud illos (nec non Dores) verba in -εω, άω contrahunt οη in ω, -αω ſuũ εα in α, & ω contractum in ευ: ut, νώσατο, pro νοήσατο, *cogitavit*, à νοέω: περιβώσας, pro περιβοήσας, à περιβοάω: θᾶσαι, θασάμενος, pro θέασαι, θεασάμενος, Herod. Theocr. ἠγάπευν, ἠρώτευν, ἐπτεύμενον, pro ἠγάπων, &c. ab ἀγαπάω, ἐρωτάω, ἐπτάω.

4. α, & interdum ε, mutant in η: ut ἡ σοφίη, τῆς σοφίης, pro σοφία, ας, *ſapientia-æ*: πρηῢς pro πρᾳῢς, *mitis*: Τιτὴν pro Τιτὰν, *Titan*: θηέομαι (pro θεέομαι) idem quod θεάομαι, *ſpecto*: unde σπῆος, Ion. Poët. pro τοῦ σπέεος, à nom. τὸ σπέος. Imo verba in αω ſuum α mutant in ε: ut ἐσέατε, pro ἐσπάατε: χρέεται pro χρᾶται, *utitur*: χρεώμενος, pro χρώμενος, χραόμενος, *utens*: ἐρεώμενος, ab ἐράω.

5. E tollunt ex medio: ut ἱρὸς, pro ἱερὸς, *ſanctus*. υ inſerunt medio: ut πουλὺς pro πολὺς, *multus*: tollunt & inſerunt: ut ἀπόδεξις, pro ἀπόδειξις, *demonſtratio*: θήλεα pro θήλεια, *femina*: μέζων pro μείζων, *major*: contra στεινὸς pro στενὸς, *anguſtus*: εἵως pro ἕως, *quoad*: ποία vel ποίη, pro πόα, *herba*.

E Ionice, Poëtice, patitur aphæreſin: ut κεῖνος pro ἐκεῖνος, *ille*: & proſtheſin: ut ἕεις, pro εἷς, *unus*: ἐείκοσι, pro εἴκοσι, *viginti*: ἐὼν, pro ὢν, *exiſtens*.

6. Ponunt κ pro π: ut κῶς, pro πῶς, *quomodo*.

7. Tenues pro adſpiratis: ut ἐποράν, pro ἐφορᾶν, *inſpicere*.

8. In genitivis ſecundæ declinationis οιο pro ου: ut λόγοιο pro λόγου, οιιν pro οιν: λόγοιιν dualiter pro λόγοιν.

 9. Da-

9. Dativis in αις & οις adjiciunt ι: ut μούσῃσι pro μούσης vel μούσαις: λόγοισι pro λόγοις. Tertiis vero ſingularibus ſubj. in ῃ, σι: ut τύπτῃσι pro τύπτῃ. Μούσαισι & λόγοισι etiam Dor.

10. Nomina in ις & ι faciunt genitivum Ionicum in ιος, dativum in ιι, &c. ut ὁ ὄφις, τοῦ ὄφιος, τῷ ὄφιϊ, contracte τῷ ὄφι, οἱ ὄφιες, τοὺς ὄφιας, ὄφις, τοῖς ὄφισι. Deinde Attici & Communes -ιος mutant in -εως, -ιι in -εϊ vel potius ει, & ſic deinceps: ut τοῦ ὄφεως, τῷ ὄφεϊ, ὄφει. οἱ ὄφεες, ὄφεις. τοὺς ὄφεας, ὄφεις. τοῖς ὄφεσι.

11. Nomina in ευς faciunt obliquos in εος & ῆος, εϊ & ηϊ, &c. Ὁ βασιλεὺς, G. βασιλέος & βασιλῆος. τῷ βασιλέϊ, βασιλῆϊ. Βασιλέσι & βασιλῆσι Ion. Poët. Sed Attici & Communes εος mutant in εως: ut τοῦ βασιλέως, quomodo ſemper in Tabulis novi Fœderis.

12. Feminina in ω & ως habent in acc. ſing. ουν pro οα, ω: ut ἡ αἰδὼς *pudor*, τὴν αἰδοῦν Ion. (αἰδῶν Æol.) pro αἰδόα, ώ.

13. Neutra in ας & ρας penultimum α vertunt in ε: ut κέρα & κέρεα apud Herod. Item alibi: ut τέσσερες pro τέσσαρες, *quatuor*: τεσσερήκοντα pro τεσσαράκοντα, *quadraginta*.

14. Iônes & Poëtæ auferunt ſæpe augmenta, ubi opus eſt: ut

Τύπτε, ἄκουσε, δέχθαι: *Ionice*, pro ἔτυπτε, ἤκουσε, δεδέχθαι, *Communiter*. δέχθαι tamen *Æolicum* quoque.

Sic &

Sic & λέλυτο, κεκάρχειν, τετύφεσαν (quod & Atticum) pro ἐλέλυτο, ἐκεκάρχειν, ἐτετύφεισαν.

1. Λύϐ, ἔλυϐ eſt Ionicum & Bœoticum. Βλέμενος Æolicum pro βεβλημένος.

2. Herodotus non raro retinet augmentum: ut ὤκεον, ἐστρωμένων, p. 101. ed. Steph. ἔφασαν, ἐγεγόνεσαν, 137. & ſæpe alibi.

Contra augmentum perfecti præfigunt, ubi non opus erat, præcipue aor. ſecundis, & futuris primis, interdum præſentibus, aliiſque: ut

κάμνω, *laboro*, ἔκαμον, comm. κέκαμεν, Ion.

πιθέω, *perſuadeo*, πιθήσω, comm. πεπιθήσω, Ion.

νοέω, *cogito*, comm. νενόημι, Ion.

[κλῦμι, *audio*]. κλῦθι, comm. κέκλυθι, Ion. *audi*. Sic ἑστάιην pro ἱστάιην, Opt.

Imo πεπείθετο in imperfecto, Odyſſ. ϐ. pro ἐπείθετο.

15. Tertia ſingularis imperfecti, & aoriſti utriuſque activi fit à ſecundâ, κε addito, augmento abjecto, in contractis ſubjunctiva diphthongi ſublata, & vocali longa ſecundæ Conjugationis in ſuam brevem mutata. ut:

Ἔτυπτε, *comm.* τύπτεσ-κε, *Ion. verberabat*, ab ἔ-τυπτες, *verberabas*.

Ἔτυψε, *comm.* τύψασ-κε, *Ion.* ab ἔ-τυψας.

Ἐποίει, *comm.* ποιεσ-κε, *Ion.* ab ἐ-ποίεις.

Ἐχρύσου, *comm.* χρύσοσ-κε, *Ion.* ab ἐ-χρύσους.

Ἐτίθη, *comm.* τίθεσ-κε, *Ion.* ab ἐ-τίθης.

Ἔστη, *comm.* στάσ-κε, *Ion.* ab ἔ-στης.

Ἔδω, *comm.* δόσ-κε, *Ion.* ab ἔ-δως.

Ut Iones

Digitized by Google

Ut Iones unam ſibi deligunt perſonam: ita Poëtæ quatuor: tres ſingulares & tertiam pluralem: docente Amerotio: τύπτεσκον, ες, ε, εσκον. τύψασκον, ες, ε, -ασκον.

Eâdem analogiâ in paſſivo τυπτεσκόμην: Sed rarius in prima, Frequentius in ceteris, τυπτέσκεο, τυπτέσκετο, τυπτέσκοντο.

17. ον ante το mutatur in εα: ut ἐτυπτέατο vel τυπτέατο, *verberabantur*, pro ἐτύπτοντο. ὑπεδεκέατο, Herod. pro ὑπεδέχοντο. Alibi vero ον vel ν ſolum in α: ut ἡγέαται pro ἡγέονται, τιθέαται pro τίθενται, ἐτιθέατο pro ἐτίθεντο. Τυπτοίατο, pro τύπτοιντο.

18. Hinc Iônes tertias perſonas plurales perf. & pluſq. paſſivi à tertiâ ſingulari formantes ſemper α ponunt ante ται & το. ut

Κέκριται, *judicatus eſt.*	Κεκρίαται, pro κέκρινται, *judicati ſunt.*
Εκέκριτο, *judicatus erat.*	Κεκρίατο, pro κέ- vel ἐκέκριντο, *-i erant.*

Quod ſi penultima tertiæ ſingularis ſit longa, corripiunt inſuper illam: tenuem mutant in aſpiratam: σ ante ται in characteriſticam fut. 2. activi: ſed alias liquidas retinent.

Πεφίλ-η-ται, *amatus eſt.*	πεφιλ-έ-αται, pro πεφίληνται. *-ti ſunt.*
Κεχρύσ-ω-ται, *inauratus eſt.*	κεχρυσ-έ-αται, pro κεχρύσωνται. *-ti ſunt.*
Τέθ-ει-ται, *poſitus eſt.*	τεθ-έ-α-ται, pro τέθειται. *-ti ſunt.*

ἐσπαρ-

ἔσπαρ-ται, *ſatus eſt.*	ἐσπάρα-ται, pro ἐσπαρμένοι εἰσὶ, *i ſunt.*
πέφρα-σ-ται, *dictus eſt.*	πεφρά-δ-α-ται, pro πεφρασμένοι εἰσὶ, *i ſunt.*
πέπλη-σ-ται, *impletus eſt.*	πεπλή-θ-α-ται, pro πεπλησμένοι εἰσὶ, *i ſunt.*

Nam fut. 2. act. fuit φραδῶ, πλαθῶ.

1. Pro ἧνται etiam dr. ἕαται, *ſedent.* pro ἧντο, ἕατο, *ſedebant.*

